# Quinti horacii flacci ſermonum liber primus

## Satyra prima

QUi fit mæcenas: vt nemo quā ſibi ſorte
Seu rō dederit: ſeu fors obiecerit. illam
Contētus viuat: laudet diuerſa ſequētes
O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait: multo iam fractus membra labore
Contra mercator: nauem iactantibus auſtris
Militia eſt potior: quid enī? concurritur horæ
Momento: cita mors venit aut victoria læta
Agricolam laudat iuris legūq; peritus.
Sub galli cantū: cōſultor vbi hoſtia pulſat:
Jlle datis vadibus qui rure extractus in vrbē eſt
Solos fœlices viuentes clamat in vrbe.
Cætera de genere hoc adeo ſunt multa loquacē
Delaſſare valent fabiū: te ne morer: audi:
Quo rem deducam. ſi quis deus. en ego dciat.
Jam faciā quod uultis eris tu qui modo miles:

Mercator.tu cõſultus modo ruſticus:hinc vos

Vos hinc mutatis diſcedite partibus eia.

Quid ſtatis:nolunt atqui licet eſſe beatis.

Quid cauſæ merito quin illis iuppiter ambas

Iratus buccas inflet:neqꝫ ſe fore poſt hac

Tam facilem dicat votis vt præbeat aurem

Preterea ne ſic: vt qui iocularia ridẽs:

Percurram quãq̃ ridentẽ dicere verum

Quid vetat?vt pueris olim dãt cruſtula blãdi

Doctores: elementa velint vt diſcere prima

Sed tamen amoto queramus ſeria ludo.

Ille grauem duro terram qui vertit aratro

Perfidus hinc caupo:miles nauteqꝫ ꝑ omne

Audaces mare: qui currunt: hac mẽte laborẽ

Seſe ferre ſenes: vt in ocia tuta recedant

Aiunt cum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut

Paruula: nam exẽplo eſt magni formica laboris

Ore trahit quodcũqꝫ põt: atqꝫ addit aceruo

Quẽ ſtruit haud ignara ac nõ incauta futuri

Quæ ſimul inuerſũ cõtriſtat aquarius annũ

Non vſqꝫ prorepit: et illis vtitur ante

Queſitis potiens: cū te neqꝫ feruidus eſtus
Dimoueat lucro: neqꝫ hiems ignis: mare ferꝫ
Nil obſtet tibi: dum ne ſit te ditioꝛ alter
Quid iuuat īmenſum te argenti pondus et auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra
Quod ſi cōminuas vilem redigatur ad aſſem
At ni id fit: quid habet pulchri cōſtructus aceruus
Millia frumenti: tua triuerit: area centuꝫ:
Non tuus hoc capiet venter: pluſꝙ meus: vt ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Foꝛte vehas humero: nihilo. plus accipias: quā
Qui nil poꝛtarit: vel dic quid referat intra
Naturæ fines viuenti iugera centum an
Mille aret: at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo
Dum ex ꝑuo nobis tātundem haurire relinquas
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris
Ut tibi ſi ſit opus liquidi non amplius: vrna
Uel cyatho: et dicas magno de flumine mallem
Quā ex hoc fōticulo tantūdem ſumere: eo fit
Plenioꝛ: vt ſiquos delectet copia iuſto:

Cum ripa ſimul auulſos ferat aufidus acer
At qui tantuli eget: quãto ẽ opus: is neqꝫ limo
Turbatã haurit: aquã: neqꝫ vitã amittit invndis
At bona pars hominũ decepta cupidine falſo
Nil ſatis eſt: inquit: quia tanti: quãtũ habeas ſis.
Quid facias illi? iubeas miſerũ eſſe libenter?
Quatenus hid facit vt quidã memoratur athenis
Sordidus ac diues populi cõtẽnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat. at mihi plaudo
Ipſe domi: ſimul ac nummos contẽplor in arca
Tantalus a labris ſitiens fugiẽtia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis vndiqꝫ ſaccis
Indormis inhians: et tanq̃ parcere ſacris
Cogeris: aut pictis tãquam gaudere tabellis.
Neſcis quo valeat nummus quẽ præbeat vſum
Panis ematur: olus: vini ſextarius: adde:
Quis humana ſibi doleat natura negatis:
Anvigilare metu exanimem nocteſqꝫ dieſqꝫ
Formidare malos fures: incendia: ſeruos

Ne te compilent fugiẽtes: hoc iuuat: horum
Semper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum
At ſi condoluit temptatum frigore corpus
Aut alius caſus lecto te affixit: habes: qui
Aſſideat: fomenta paret medicum roget: vt te
Suſcitet: ac reddat natis chariſq; propinquis:
Non vxor ſaluum te vult: non filius: omnes
Vicini oderunt: noti pueri: atq; puellæ
Miraris: cum tu argento poſt omnia ponas
Si nemo præſtet: quem non mercaris amorem
At ſi cognatos nullo natura labore
Quos tibi dat retinere velis: ſeruareq; amicos
Infelix operam perdas: vt ſiquis aſellum
In campum doceat parentem currere frenis
Deniq; ſit finis querendi: cumq; habeas plus:
Pauperiem metuas minus: ⁊ finire laborem
Incipias: parto quod auebas: nec facias quod
Vuidius quidam: non longa eſt fabula: diues
Vt metiretur nummos: ita ſordidus vt ſe
Non vnq̃ melius ſeruo veſtiret: aduſq;

Supremum tempus:ne ſe pènuria victus
Opprimeret metuebat:at hunc liberta ſecurĩ
Diuiſit medium fortiſſima tindaridarum
Quid igitur ſuades?vt viuam meuius:aut ſic
Ut nomentanus pergis pugnantia ſecum
Frontibus aduerſis componere non ego auarum
Cum veto te fieri.vappam iubeo ac nebulonem
Eſt inter tanũ quiddam:ſocerumq; viſelli
Eſt modus in rebus:ſunt certi deniq; fines
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum
Jllac vnde abii redeo:nemo vt auarus
Se probet ac potius laudet diuerſa ſequentes
Quodq; aliena capella gerat diſtinctius vber
Tabeſcat:neq; ſe maiori pauperiorum
Turbæ cõparet:hunc atq; hunc ſupare laboret
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat
Ut cum carceribus miſſos rapit vngula currus
Jnſtat equis auriga ſuis vincentibus:illum
Præteritum temnens extremos inter euntem
Jnde fit vt raro quis ſe vixiſſe beatum

Dicat: et exacto contentus tempore vitæ
Cædat: vti conuiua ſatur: reperire queamus:
Jam ſatis eſt: ne me criſpini ſcrinia lippi
Compilaſſe putes: verbum non amplius addaꝫ

Satyra ſecunda.

Ambubaiarum collegia pharmacopolæ
Mendici: mimæ balatrones: hoc genꝰ oē
Meſtum ac ſollicitū eſt cātoris morte tygilli
Quippe benignus erat: cōtra hic: ne prodigus eſſe
Dicatur metuens: inopi dare nolit amico:
Frigus quo diramqꝫ famem ꝓpellere poſſit
Hunc ſi percuncteris aui curatqꝫ parentis
Præclaram ingrata ſtringat malus ingluuie rem
Omnia conductis coemens obſonia nūmis:
Sordidus atqꝫ animi paruiqꝫ nolit haberi:
Reſpondet: laudatur ab his: culpatur ab illis.
Fuſidius vappe famam timet ac nebulonis:
Diues agris: diues poſitis in fœnore nūmis
Quinas hic capiti mercedes exigit: atqꝫ
Quanto perditior quiſqꝫ eſt tanto acrius vrget

Nomina ſectatur modo ſumpta veſte virili
Sub patribus duris tyronum: maxime quis non
Juppiter exclamet: ſimul ac audiuit: at ille
Pro quæſtu ſumptũ facit: hic vix credere poſſis
Quam ſibi non ſit amicus: ita vt pater ille terenti.
Fabula quem miſerum nato vixiſſe fugato
Inducit: non ſe peius cruciauerit: atq; hic.
Siquis nunc querat: quo res hæc pertinet? Illuc
Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt:
Malchinus tunicis demiſſis ambulat: eſt qui
Inguẽ ad obſcænum ſubductis vſq; facetus.
Paſtillos rufillus olet gorgonius hircum:
Nil medium eſt: ſunt qui nolunt tetigiſſe: niſi illas
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte:
Contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem
Quidam notus homo cum exiret fornice: macte
Virtute eſto inquit ſententia dia catonis:
Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido:
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere: non alienas
Permolere vxores: nolim laudarier inquit:

Sic me mirator cunni cupenius albi.
Audire eſt opere pretium. procedere recté:
Qui mecchis non vultis: vt omni parte laborent
Utq; illis multo corrupta dolore voluptas
Atq; hæc rara cadat dura inter ſæpe pericla
Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrem
Predonum in turbā dedit hic pro corpore nūmos
Hunc perminxerunt calones: quin etiam illud
Accidit: vt quidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro iure omnes: galba negabat
Tutior ac quanto mers eſt in claſſe ſecunda
Libertinarum dico: ſaluſtius in quas
Non minus inſanit: q̄ qui mechatur at hic ſi
Qua res qu a ratio ſuaderet: quaq; modeſte
Munifico eſſe licet vellet bonus atq; benignus
Eſſe: daret quantum ſatis eſſet nec ſibi damno
Dedecoriq; foret: verum hoc amplectitur vno
Hoc amat: et laudat matronam nullam ego tāgo
Ut quondam marſeus amator originis ille

Qui patrium mimæ donat fundumq;: laremq;

Nil fuerit mi inquit cum vxoribus vnq̃ alienis

Uerum cum mimis: eſt cum meretricibus: vnde

Fama malum grauius q̃ res trahit: an tibi abunde

Perſonam ſatis eſt: non illud quicquid vbiq;

Officit euitare: bonam deperdere famam

Rem primis oblimare malum ē vbicūq; quid inter

Eſt in matrona ancilla pecces vetogata

Uillius in fauſta ſyllæ gener hoc miſer vno

Nomine deceptus: pænas dedit vſq; ſuperq;

Quam ſatis eſt pugnis cæſus ferroq; petitus

Excluſus fore: cum longarenus foret intus

Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti

Diceret hæc animus: quid vis tibi? nūquid ego a te

Magno prognatum depoſco conſule cunnum

Uellatumq; ſtola mea cum conferbuit ira?

Quid reſponderet? magno patre nata puella eſt?

At quanto meliora monet pugnātiaq; iſtis

Diues opis natura ſuæ: tu ſi modo recte

Diſpenſare velis: ac non fugienda petendis

Jmmiſcere:tuo vitio rerum ne labores
Nil referre putas?quare ne pæniteat te:
Deſine matronas ſectarier:vnde laboris
Plus haurire mali eſt:ꝙ ex re decerpere fructus
Nec magis huic inter niueos virideſq; lapillos
Sit licet hoc cherinte tuū:tenerū ē femur aut crus
Rectius atq; etiam melius ꝑſæpe togatæ.
Adde huc:ꝙ mercem ſine fucis geſtat aperte
Quod venale habet:oſtendit:neq; ſiquid honeſti ē
Jactat:habetq; palam:querit:quo turpia celet
Regibus hic mos ē vbi equos mercantur:apertos
Inſpiciunt:ne ſi facies vt ſæpe decora
Molli fulta pede eſt:emptorem inducat hiantem
Qd̄ pulchræ clunes:breue qd̄ caput ardua ceruix
Hoc illi recte ne corporis optima lynceis
Contemplere oculis ipſea cæcior.illa
Que mala ſunt ſpectes:o crus:o brachia:verum
Depygis:naſuta breui latere ac pede longa eſt
Matronæ præter faciem nil cernere poſſis
Cætera:ni catia eſt:demiſſa veſte tegentis

Si intèrdicta petes: vallo circundata. nam te
Hoc facit inſanum: multæ tibi tum officient res
Cuſtodes: lectica. ciniflones paraſitæ.
Ad talos ſtola demiſſa et circundata palla.
Plurima: quæ inuideant pure apparere tibi rem
Altera nil obſtat. cois tibi pænevidere eſt:
Ut nudam: ne crure malo ne ſit pede turpi
Metiri poſſis oculo latus an tibi maius
Inſidias fieri: pretiumq; auellier ante
Quam mercem oſtendit: leporē venator vt alta:
In niue ſectetur: poſitū ſic tangere nolit
Cantat: et apponit meus eſt amor huic ſimilis nā:
Tranſuolat in medio poſita: et fugiētia captat
Hiſcine verſiculis ſperas tibi poſſe dolores
Atq; æſtus curaſq; graues epectore pelli.?
Non ne cupidinibus ſtatuit natura modum quem
Quid latura ſibi: quid ſit dolitura negatum
Quærere plus prodeſt: et inane abſcindere ſoldo
Num tibi cum fauces vrit ſitis: aurea quæris
Pocula.? num eſuriens faſtidis omnia præter

Pauonē robūq;? tument tibi cū inguina: num ſi
Ancilla aut verna eſt præſto puer: impetus inquē
Continuo fiat: malis tantigine rumpi?
Non ego nanq; parabilē amo venerem facilemq;
Illam poſt paulo: ſed pluris: ſi exierit vir
Gallis hanc: philodēus ait: ſibi que neq; magno
Stet pretio. neq; cūctetur. cum eſt iuſſā venire.
Candida rectaq; ſit: mūda actenus: vt neq; longa
Nec magis alba venit: q̄ dat natura videri
Hæc vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi leuum
Ilia et ægeria eſt: do nomen quodlibet illi
Nec vereor: ne dum futuo: vir rure recurrat
Janua frangatur: latret canis: vndiq; magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet: ne pallida lecto
Deſiliat mnlier: miſerā ſe conſcia clamat
Cruribus hæc metuat. doti deprehenſa: egomet mi
Diſcincta tunica fugiendum eſt ac pede nudo
Ne nūmi pereaut: aut pyga: aut teniq; fama
Deprehendi miſerū eſt fabio vel iudice vincam.

Satyra tercia

Mnibus hoc vitiuz eſt cãtoribꝰ iter amicos

Ut nunq̃ inducant animũ cãtare rogati

Iniuſſi nunq̃ deſiſtant: ſardus habebat

Ille tigellius hoc. cæſar qui cogere poſſet:

Si peteret per amicitiam patris atq; ſuam non

Quicq̃ proficeret. ſi collubuiſſet: ab ouo

Uſq; ad mala citaret. io bacche: modo ſumma

Uoce modo hac reſõat: que chordis quattuor ima

Nil æquale homini fuit illi: ſæpe velut qui

Currebat fugiens hoſtem. per ſæpe velut qui

Iunonis ſacra ferret: habebat ſæpe ducentos

Sæpe decem ſeruos. modo reges atq; tetrarchas

Oĩa magna loquens modo ſit michi menſa tripes et

Concha ſalis puri ꝛ toga: que defendere frigus

Quamuis ſacra queat decies centena dediſſes

Huic parco paucis contento: quinq; diebus

Nil erat in loculis. nocte vigilabat: ad ipſum

Mane. diem totum ſtertebat. nil fuit vnq̃

Sic impar ſibi: nũc aliquis dicat mihi: quid tu?

Nulla ne habes vitia? imo alia ꝛ fortaſſe minora

Meuius abſentem nouium cum carperet: heus tu
Quidam ait: ignoras te? an tu ignotũ dare nobis
Verba putas: egomet mi ignoſco meuius inquit
Stultus ⁊ improbus hic amor eſt: dignuſqꝫ notari
Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quã aut aq̃la aut ſerpens epidaurius? at tibi cõtra
Euenit inquirãt vitia: vt tua rurſus ⁊ illi
Iracũdior eſt paulo: minns aptus acutis
Naribus horum hominũ rideri poſſit. eo quod
Ruſticius tonſo. toga defluit: et male laxus
In pede calceus hæret: at eſt bonus: vt melior vir
Non alius quiſq̃: at tibi amicus at ingeniũ ingens
Inculto latet hoc ſub corpore: deniqꝫ te ipſum
Concute. nũ qua tibi vitiorum inſeuerit olim
Natura. aut etiã conſuetudo mala: nanqꝫ
Neglectis vrenda felix innaſcitur agris.
Illuc peruertamur: amatorem quod amicæ
Turpia decipiunt cæcũ vitia: aut etiã ipſa hæc
Delectant veluti balbinum polypus agnæ

Vellem in amicitia ſic erraremus: et iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum
Ac pater vt gnati ſic nos debemus amici:
Si quod ſit vitium non faſtidire: ſtrabonem
Appellat petum pater: et pullum male paruus
Si cui filius: vt abortiuus fuit olim
Siſyphus. hunc varum diſtortis cruribus: illum
Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis
Parcius hic viuit: frugi dicatur: ineptus
Et iactantior hic paulo eſt: cõcinnus amicis
Poſtulat vt videatur: at eſt truculentior: atq;
Plus æquo liber: ſimplex fortiſq; habeatur.
Caldior eſt: acres inter numeretur. opinor
Hæc res et iungit: iunctos et ſeruat amicos
At nos virtutes ipſas inuertimus: atq;
Sincerum cupimus vas incruſtare. probus quis
Nobiſcũ viuit: multum demiſſus homo illi
Tardo cognomen piguis damus. hic fugit omnes
Inſidias: nulliq; malo lãtus obdit apertũ:
Cum genus hoc inter vitæ verſetur. vbi acris

Inuidia atq; vigent vbi crimina pro bene ſano
Ac non in cauto fictum aſtutumq; vocamus
Simplicior quis et eſt qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi mœcenas: vt forte legentem
Aut tacitum impellat quo vis ſermone moleſtus
Communi ſenſu plane caret inquimus heu:
Quam temere in noſmet legem ſancimus inquam
Nam vitiis nemo ſine naſcitur optimus ille eſt:
Qui minimis vrgetur: amicis dulcis: vt æquū eſt
Cum mea compenſet vitiis bona: pluribus hiſce:
Si modo plura mihi bona ſunt inclinet: amari
Si volet. hac lege in trutina ponetur eadem
Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Poſtulat ignoſcet verrucis illius: æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem reddere rurſus
Deniq; quatenus excidi penitus vitium ire
Cætera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus moduliſq; ſuis ratio vtitur? acres
Vt quæq; eſt: ita ſuppliciis delicta coherceat?
Siquis cum ſeruum. patinam qui tollere iuſſus

Demenſos piſces tepidumq; lygurierit ius
In cruce ſuffigat labeone inſanior inter
Sanos dicatur. quanto hoc furioſus atq;
Maius peccatum eſt. paulum deliquit amicus.
Quod niſi concedas: habeare in ſuauis acerbus
Odiſti: et fugies: vt riſſonem debitor æris.
Quod niſi cum triſtes miſero venere calendæ
Mercedem aut nummos vnde vñ extricat amaras
Porrecto iugulo hiſtorias captiuus vt audit
Comminxit lectum potus menſa ve catillum
Euandri manibus tritum deiiecit ob hanc rem
Aut poſitum ante mea quia pullum in parte catini
Suſtulit exuriens. minus hoc iocundus amicus
Sit mihi? quid faciam ſi furtum fecerit: aut ſi
Prodiderit cõmiſſa fide: ſponſum ve negarit?
Quis paria eſſe fere placuit peccata: laborant
Cum ventum ad verũ eſt: ſenſus moreſq; repugnãt
Atq; ipſa vtilitas iuſti prope mater et æqui.
Cum prorepſerunt primis animalia terris
Mutũ et turpe pecus glandem atq; cubilia ꝓpter

Unguibus et pugnis de in fuſtibus: atqꝫ ita porro
Pugnabant armis: que poſt fabricauerat vſus
Donec verba: quibus voces ſenſuſqꝫ notarent:
Nomina qꝫ inuenere dehinc abſiſtere bello.
Oppida ceperunt munire et ponere leges:
Ne quis fur eſſet: neu latro neu quis adulter.
Nam fuit ante helenam cunnus deterrima belli
Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi.
Quos venerem incertam rapiētes more ferarum
Uiribus editior cedebat: vt in grege taurus
Jura inuenta metu ĩiuſti fateare neceſſe eſt:
Tempora ſi faſtoſqꝫ velis euoluere mundi.
Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum:
Diuidit: vt bona diuerſis fugienda petendis.
Nec vincet ratio hoc: tantundem vt peccet: idemqꝫ
Qui teneros caules alieni fregerit horti
Et qui nocturnus ſacra diuum legerit: adſit
Regula peccatis: quo poenas irroget æquas
Ne ſcutica dignum horribili ſectare flagello
Nam vt ferula cædas meritum maiora ſubire

Verbera: non vereor cum dicas eſſe pares res
Furta latrociniis et magnis parua: mineris
Falce reciſurum ſimili te: ſi tibi regnum
Permittant homines. ſi diues: qui ſapiens eſt.
Et ſutor bonus: et ſolus formoſus et eſt rex:
Cur optas: quod habes? nō noſtri: quod pater īquit
Chryſippus dicat? ſapiens crepidas ſibi nunq̄
Nec ſoleas fecit. ſutor tamen en ſapiens quo?
Vt quamuis tacet hermogenes cantor tamen atq̧
Optimus eſt modulator: vt alfenus vafer omni
Abiecto inſtrumento artis clauſaq̧ taberna
Sutor erat ſapiens operis. ſic optimus omnis
Eſt opifex ſolus. ſic rex. vellunt tibi barbam
Laſciui pueri: quos tu niſi fuſte coerces
Vrgeris turba circum te ſtante: miſerq̧
Rumperis: et latras magnorum maxime regum
Ne longum faciam: dum tu quadrante lauatum
Rex ibis: neq̧ te quiſq̄ ſtipator ineptum
Præter criſpinū ſectabitur et mihi dulces
Ignoſcent: ſiquid peccauero ſtultus amici

Jnq; vicem illorum patiar delicta libenter
Priuatuſq; magis viuam te rege beatus:

Satyra quarta

e Upolis atq; cratinꝰ ariſtophaneſq; poetæ
Atq; alii quorū comœdia priſca virorū eſt
Si quis erat dignus deſcribi: ꝙ malus aut fur
Quod mœchus foret: aut ſicarius: aut alioquin
Famoſus multa cum libertate notabat
Hinc omnis pendet. lucilius hoſce ſecutus
Mutatis tantum pedibus numeriſq; facetus
Emunctæ naris durus componere verſus
Nam fuit hoc vitioſus. in hora ſæpe ducentos
Ut magnum verſus dictabat ſtans pede in vno
Cum flueret lutulentus erat quod tollere velles
Garulus atq; piger ſcribendi ferre laborem
Scribendi recte nam vt multum nil moror. ecce
Criſpinus minimo me prouocat accipe: ſi vis
Accipe iam tabulas. detur nobis locus: hora
Cuſtodes. videamus vter plus ſcribere poſſit
Dii bene fecerunt inopis me q̄q; puſilli

Finxerunt animi raro et perpauca loquentis.
At tu concluſas hircinis follibus auras
Uſqꝫ laborantes: dum ferrum molliat ignis
Ut mauis imitare beatus fannius vltro
Delatis capſis et imagine: cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis ob hāc rem:
Qđ ſunt quos genꝰ hoc minīe iuuat vt pote plures
Culpari dignos quē vis media elige turba
Aut ob auaritiā aut miſera ambitione laborat
Hic nuptarum inſanit amoribus. hic puerorum
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet albius ære
Hic mutat merces ſurgente a ſole ad cū: quo
Ueſpertina tepet regio: quin per mala preceps
Fertur vti puluis collectus turbine: ne quid
Summa deperdat metuens: aut ampliat vt rem
Omnes hi metuunt verſus odere poetas:
Foenum habꝫ in cornu. longe fuge. dum modo riſuꝫ
Excutiat ſibi: non hic cuiq̄ parcet amico
Et quodcūqꝫ ſemel chartis illeuerit: omnes
Geſtiet a furno redeuntes; ſcire lacuqꝫ:

Et pueros et anus age dum pauca accipe contra
Primum ego nc illorũ dederim quibus eſſe poetas
Excerpã numero: neqꝫ enim cõcludere verſum
Dixeris eſſe ſatis: neqꝫ ſi quis ſcribat: vti nos
Sermoni ꝓpriora: putes hunc eſſe poetam
Jngenium cui ſit: cui mens diuinioꝛ atqꝫ os
Magna ſonaturum: des nominis huius honorem
Jccirco quidã comedia necne poema
Eſſet: quæſiuere: quod acer ſpiritus ac vis
Nec verbis nec rebus ineſt: niſi qd̃ pede certo
Differt ſermoni ſermo merus. at pater ardens
Sæuit quod meretrice nepos inſanus amica
Filius vxorem grandi cum dote recuſet.
Ebrius et magnũ quod dedecus ambulet ante
Noctẽ cum facibus. nũquid põponius iſtis
Audiret leuiora pater ſi viueret? ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis
Quem ſi diſſoluas quiuis ſtomachetur eodem
Quo perſonatus pacto pater: his ego que nunc
Olim quæ ſcripſit lucilius: eripias ſi

Tēpa certa modoſq;: et ꝙ prius ordine verbū eſt
Poſterius facias præponens vltima primis
Non vt ſi ſoluas : poſtq̄ diſcordia tetra
Belliferratos poſtes portaſq; refregit
Inuenias etiam diſiecti membra poetæ
Hactenus hæc alias iuſtum ſit nec ne poema
Nunc illud tantū quēadmodū: merito ne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi: ſulcius acer
Ambulat et caprius rauci male cumq; libellis
Magnus vterq; timor latronibus at bene ſiquis
Et viuat puris manibus comtemnat vtrū q;
Ut ſis tu ſimilis cæli: birriq; latronum:
Non ego ſim capri neq; fulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat neq; pila libellos
Quis manus inſudet vulgi hermogeniſq; tygelli
Nec recito cuiq̄ niſi amicis idq; coactus
Non vbiuis: coramue quibuſlibet in medio qui
Scripta foro recitent ſunt multi: queq; lauātes:
Suaue locus voci reſonat concluſus inanes
Hoc iuuat: haud illud quærentes: num ſine ſenſu

Tempore nũ faciant alieno. lædere gaudes
Jnquis: et hoc ſtudio prauus facies. vnde petitum
Hocin me iacis ? eſt autor quis deniqꝫ eorum
Uixi cum quibus: abſentem qui rodit amicum
Qui non defendit alio culpante. ſolutos
Qui captat riſus hominum famamqꝫ dicacis
Fingere qui non viſa poteſt commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu romane caueto
Sæpe tribus lectis videas coenare quaternos
E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos:
Præter eũ: qui prebet aquã. poſt hũc quoqꝫ potꝰ
Condita cum verax aperit præcordia liber.
Hic tibi comis et vrbanus liberqꝫ videtur
Jn feſto nigris. ego ſi riſi quod ineptus
Paſtillos rufilus olet: gorgonius hircum:
Liuidus et mordax videor tibi: mentio ſiqua
De capitolini furtis iniecta petilli
Te coram fuerit: defendas: vt tuus eſt mos
Me capitolinus conuictore vſus amicoqꝫ
A puero eſt: cauſaqꝫ mea per multa rogatus

Fecit: et incolumis loetor quod viuit in vrbe.
Sed tamen admiror: quo pacto iudiciū illud
Fugerit hic nigræ ſuccus loliginis. hæc eſt
Erugo mera: quid vitiū procul abfore chartis
Atq; animo: prius: vt ſi quid promittere de me
Poſſum aliquid vere: promitto: liberius ſi
Dixero quid: ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
Cum veniā dabis: inſæuit pater optimus: hoc me
Ut fugerem: exemplis vitiorum quæq; notando
Cum me hortaretur: parce frugaliter atq;
Uiuerem vti contentus eo quod mi ipſe paraſſet
Non ne vides albi: vt male viuat filius: vtq;
Barus inops: magnum documentū: ne patriā rē
Perdere quis velit. at turpi meretricis amore
Cum deterreret: ſectani diſſimilis ſis
Ne ſequerer moechas: conceſſa cum venere vti
Poſſem deprehenſi non bella eſt fama trebonī
Aiebat: ſapiens vitatu quidq; petitu
Sit melius cauſas: reddet tibi: mi ſatis eſt: ſi
Traditū ab antiquis morem ſeruare: tuamq;

Dum cuſtodis eges vitam famamqꝫ tueri
Incolumen poſſim: ſimulac durauerit ætas
Membra animumqꝫ tuuꝫ. nabis ſine cortice ſic me
Formabat puerum dictis: et ſiue iubebat
Ut facerem quid: habes auctorem quo facias hoc
Unum ex iudicibus ſelectis obiiciebat.
Sen vetabat an hoc inhoneſtum et inutile factu
Nec ne ſit an dubites: flagret rumore malo cum
Hic atqꝫ ille? auidos vicinum funus vt egros
Exinimat: mortiſqꝫ metu ſibi parcere cogit
Sic teneros animos aliena obprobria: ſepe:
Abſterrent vitiis: ex hoc ego ſanus ab illis
Pernitiē quacūqꝫ ferunt. mediocribus et quis
Ignoſcas vitiis teneor: fortaſſis et iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas: liber amicus
Conſiliū ꝓprium neque.n. cū lectulus aut me
Porticus excepit: deſuꝫ mihi: rectius hoc eſt
Hoc faciens viuam melius: ſic dulcis amicis
Occurram hoc quidē non belle: nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile hæc ego mecum

Compreſſis agito labris: vbi quid datur oci
Illudo chartis: hoc eſt mediocribus illis
Ex vitiis vnum: cui ſi concedere nolis
Multa poetarum veniat manus: auxiliumq;
Sit mihi: nam multo plures ſumus ac veluti te
Judæi cogemus in hanc concedere turbam

Satyra quinta.

e Greſſum magna me cœpit aritia roma
Hoſpitio modico: rethor comes heliodor⁹
Græcorum lingue doctiſſimus: in forum appi
Differtum nautis cauponibus atq; malignis
Hoc iter ignaui diuiſimus altius ac nos
Præcintis vnum. minus eſt grauis appia tardis
Hic ego propter aquā: qđ erat deterrima: ventri
Indico bellum: cœnantis aut animo æquo
Expectans comites / iam nox inducere terris
Umbras: et cælo diffundere ſigna parabat:
Tum pueri nautis: pueris conuitia nautæ
Ingerere: huc appelle: trecentos inſeris: ohe
Jam ſatis eſt: dum æs exigitur: dū mulla ligatur

Tota abit hora: mali culices: ranæq; paluſtres
Auertunt ſomnos abſentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta atq; viator
Certatim tandem feſſus dormire viator
Incipit ac miſſæ paſtum retinacula mulæ
Nauta piget ſaxo religat ſtertitq; ſupinus
Iamq; dies aderat nil cum procedere lintrem
Sentimus donec cerebroſus proſilit vnus
Ac mulæ nautæq; caput lumboſq; ſaligno
Fuſte dolat: quarta vix demũ exponimur hora
Ora manuſq; tua lauimus feronia lympha
Milia tum pranſi tria repſimus atq; ſubimus
Impoſitum ſaxis late cadentibus anxur:
Huc venturus erat mœcenas optimus atq;
Coceius miſſi magnis de rebus vterq;
Legati aduerſos ſoliti componere amicos
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinire interea mœcenas aduenit: atq;
Coccius capitoq; ſimul fonteius adunguem
Factus homo antoni non vt magis alter amicus

Fundos aufidio luſco prætore libenter
Linquimus inſani ridentes premia ſcribæ
Pretextam et latum clauum prunæq; batillum
In mamurrarum laſſi deinde vrbe manemus
Murena præbente domum capitone| culinam
Poſtera lux oritur multo gratiſſima nanq;
Plotius et varius ſinueſſe virgiliuſq;
Occurrunt animæ quales neq; candidiores
Terra tulit neq; quis me ſit deuictior alter
O qui complexus et gaudia quāta fuerunt
Nil ego contulerim iocundo ſanus amico
Proxima campano ponti: quæ villula tectum
Præbuit et parochi quæ debent lingna ſalēque
Hinc muli capuæ clitellas tempore ponunt
Luſum id moecenas dormitum ego virgiliuſq;
Nanq; pila lippis inimicum et ludere crudis
Hinc nos cocei recipit pleniſſima villa
Quæ ſupereſt caudus cauponas nūc mihi paucis
Sarmenti ſcurræ pugnam miſſiq; cicirrhi
Muſa velim memores: et quo patre natus vterq;

Contulerit lites meſſi clarum genus oſci
Sarmenti domina extat ab his maioribus orti
Ad pugnam venere: prior ſarmentus: equi te
Eſſe ſeri ſimilem dico ridemus et ipſe
Meſſius: accipio caput et mouet: o tua cornu
Ni foret execto frons inquit quid faceres cum
Sic mutilus miniteris at illi fœda cir catrix
Setoſam leui frontem turpauerat oris
Campanum in morbum in faciē per multa iocatus
Paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat
Nil illi larua aut tragicis opus eſſe cothurnis
Multa cicirrhus ad hæc donaſſet iam ne catenā
Ex voto laribus quærebat ſcriba quod eſſet
Deterius nihilo domine ius eſſe rogabat
Deniqꝫ cur nunq̄ fugiſſet: cui ſatis vna
Farris libra foret gracili ſic tanqꝫ puſillo.
Prorſus iucunde coenam produximus illam
Tendimus hinc recta bn̄uentum vbi ſedulꝰ hoſpes
Poene macros arſit dum turdos verſat in igne
Nam vaga per veterem dilapſa ē flamma culinā

Uulcano ſummum ꝓperabat labere tectum
Conuiuas auido cœnam ſeruoſq; timentes
Tum rapere atq; omnis reſtringuere velle videres
Incipit ex illo montes apulia notos.
Oſtentare mihi quos torret atabulus :et quos
Nunquam erepſemus:niſi nos vicina triuici
Uilla recepiſſet lacrymoſo non ſine fumo
Udos cum foliis ramos vrente camino
Hic ego mendacem ſtultiſſimus vſq; puellam
Ad mediam noctem expecto ſõnus tamen aufert
Intentum veneri tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculat ventremq; ſupinum
Quattuor hinc rapimur viginti et milia rhædis
Manſuri opidulo:quod verſu dicere non eſt
Signis perfacile eſt venit viliſſima rerum
Hic aqua ſed panis longe pulcherrimus vltra
Callidus vt ſoleat humeris portare viator
Nam canuſi lapidoſus aquæ non ditior vrna
Quis locus a forti diomede eſt condis olim
Flentibus hic varrus diſcedit mœſtus amicis

Vulcano ſummum ꝓperabat labere tectum
Conuiuas auido cœnam ſeruoſq; timentes
Tum rapere: atq; omnis reſtringuere velle videres
Incipit ex illo montes apulia notos.
Oſtentare mihi: quos torret atabulus: et quos
Nunquam erepſemus: niſi nos vicina triuici
Villa recepiſſet: lacrymoſo non ſine fumo
Vdos cum foliis ramos vrente camino
Hic ego mendacem ſtultiſſimus vſq; puellam
Ad mediam noctem expecto: ſonnus tamen aufert
Intentum veneri: tum inmūdo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculat ventremq; ſupinum
Quattuor hinc rapimur viginti et milia rhædis
Manſuri opidulo: quod verſu dicere non eſt
Signis perfacile eſt: venit villiſſima rerum
Hic aqua: ſed panis longe pulcherrimus vltra
Callidus vt ſoleat humeris portare viator
Nam canuſi lapidoſus aquæ non ditior vrna
Quis locus a forti diomede eſt conditus olim
Flentibus hic variis diſcedit mœſtus amicis

Inde rubos foſſi peruenimus vt pote longum
Carpentes iter et factum corruptius imbri
Poſtera tempeſtas melior: via peior: aduſq;
Bari moenia piſcoſi: de hinc egnatia lymphis
Iratis extructa dedit riſuſque iociſq;
Dum flamma ſine thura liqueſcere limine sacro
Perſuadere cupit. credat iudæus apella
Non ego: nanq; deos didici ſecurum agere æuum
Nec ſiquid miri: faciat natura: deos id
Triſtes ex alto cæli dimittere tecto
Brunduſium longe finis chartæq; viæq;.

Satyra ſexta.

on quia mœcenes lydorum quicquid ethruſcos
Incoluit fines nemo generoſior eſt te
Nec quid auus tibi maternus fuit atq; paternus
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
Ut plerìq; ſolent naſo ſuſpendis adunco
Ignotos vt me libertino patre natum
Cum referre negas: qualis ſit quiſq; parente
Natus: dum ingenuus perſuades hoc tibi vere

Ante poteſtatem tulli atq; ignobile regnum
Multos ſæpe viros nullis maioribus ortos
Et vixiſſe probos amplis et honoribus auctos
Contra læuinum valeri genus vnde ſuperbus
Tarquinius regno pulſus fuit unius aſſis
Non vnq̄ precio pluris licuiſſe notante.
Iudice quo noſti populo: qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis et fame ſeruit ineptus
Qui ſtupet in titulis et imaginibus quid oportet
Non facere a vulgo longe lateq; remotos
Nanq; eſto: populus leuīo mallet honorem
Quam decio mandare nouo cenſor q; moueret
Appius: ingenuo ſi non eſſem patre natus
Vel merito: quoniā in ꝓpria nō pelle quieſſem
Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Non minus ignotos generoſis quo tibi tulli
Summere depoſitum clauum fieri q; tribunum
Inuidia accreuit priuato quæ minor eſſet
Nam vt quiſq; inſanus nigris mediū impediit crus
Pellibus et latum dimiſit pectore clauum.

Audit cōtinuo: quis homo hic? aut quo patre natꝰ
Ut ſi qui ægrotet: quo morbo barrus haberi
Ut cupiat formoſus: eat quacūqꝫ puellis.
Iniiciat curam querendi ſingula: quali
Sit facie: ſura: quali pede: dente capillo:
Sic qui promittit ciues: vrbem ſibi curæ
Imperium fore et italiam et delubra deorum
Quo patre ſit natus: num ignota matre inhoneſtus
Omnes mortales curare et quere cogit.
Tu ne ſyridamæ aut dyoniſi filius audes
Deiicere e ſaxo ciues aut tradere camo?
At nouius collega gradu poſt me ſedet vno
Namqꝫ eſt ille: pater quod erat meus. hoc tibi palꝰ
Et maſſalla videris. at hic ſi plauſtra ducenta
Concurrantqꝫ foro tria funera. magna ſonabit
Cornua: quod vincatqꝫ tubas. ſaltem tenet hoc nos
Nunc ad me redeo libertino patre natum
Quem rodunt omnes libertino patre natum
Nunc quia ſim tibi mœcenas conuictor. at olim
Quod mihi pareret legio romana tribuno

Diſſimile hoc illi eſt: quia non vt forſan honorem
Iure mihi inuideat q̃uis: ita te quoq; amicum
Præſertim cautum dignos aſſumere praua
Ambitione procul. felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu: quod te ſortitus amicum
Nulla etenim mihi te ſors obtulit optimus olim
Virgilius: poſt hunc varus dixere quid eſſem
Vt veni coram ſingultim pauca locutus
Infans nanq; pudor prohibebat plura probari
Non ego me claro natũ patre: nõ ego ſcircũ eſt mos
Me ſatureiano vectari rura caballo.
Sed quod eram narro. reſpondes: vt tuus
Pauca habeo: et reuocas nono poſt menſe iubeſq;
Eſſe in amicorum numero: magnũ hoc ego duco
Quod placui tibi: qui turpi ſecernis honeſtum
Non: patre præclaro: ſed vita et pectore puro
At qui ſi vitiis mediocribus ac mea paucis
Mendoſa eſt natura: alioquin recta. velut ſi
Egregio inſparſos reprehendes corpore neuos
Si neq; auaritiam neq; ſordes ac mala luſtra

Obiici et vere quiſq̃ mihi purus et inſons
Ut me collaudem: ſi et viuo carus amicis
Cauſa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in flaui ludum me mittere magni.
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Læuo ſuſpenſi loculos tabulamq; lacerto
Ibant octenis referentes idibus æra:
Sed puerum eſt auſus romam portare docendum
Artes: quas doceat quiuis eques atq; ſenator
Semet prognatos. veſtem ſeruoſq; ſequentes
In magno vt populo ſiquis vidiſſet auita
Ex re præberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omnes
Circum doctores aderat: quid multa? pudicũ
Qui primus virtutis honor ſeruauit ab omni
Non ſolum facto: verum opprobrio quoq; turpi
Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret olim
Si preco paruas aut vt fuit ipſe coactor
Mercedes ſequerer: neq; ego eſſem q̄ſtus ob hoc nũc
Laus illi debetur et a me gratia maior

Nil mè poeniteat ſanum patris huius: eoq̧
Non vt magna dolo factum negat eſſe ſuo pars.
Quod non ingenuos habeat claroſq̧ parentes
Sic me defendam. longe mea diſcrepat iſtis
Et vox et ratio: nam ſi naturæ iuberet
A certis annis æuum remare peractum.
Atq̧ alios legere ad faſtum quoſcū̄q̧ parentes
Optaret ſibi quiſq̧ meis contentus honeſtos
Faſcibus et ſcellis nollem mihi ſūmere demens
Juditio vulgi. ſanus fortaſſe tuo: quod
Nollem onus haud unq̄ ſolitus portare moleſtum
Nam mihi continuo maior querenda foret res
Atq̧ ſalutandi plures ducendus et vnus
Et comes alterutri ne ſolus rus ve peregere aut
Exirem plures: calones atq̧ caballi
Paſcendi: ducenda petorita: nunc mihi curto
Ire licet mulo: vel ſi libet vſq̧ tarentum
Mantica cui lumbos onere vlceret atq̧ æq̄s armo
Obiiciet nemo ſordes mihi: quas tibi tulli
Cum tiburte via prætorem quinq̧ ſequuntur

Te pueri laganum portantes oeuophorumq;
Hoc ego cõmodius q̄ tu preclare ſenator
Mille atq; aliis viuo quacũq; libido eſt
Incedo ſolus precuntor. quanti holus ac far.
Fallacem circum voſpertinumq; pererro
Sæpe forum: aſſiſto diuinus: inde domum me
Ad porri et ciceris refero laganiq; catinum
Cœna miniſtratur pueris tribus: et lapis albis
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet aſtat echidnus
Uilis cum patera guttus campana ſuppellex.
Deinde eo dormitum: non ſollicitus: mihi q̄ cras
Surgendum ſit mane. abcundus marſia: qui ſe
Uultum feræ negat noniorum poſſe minoris
Ad quartam iaceo. poſt hanc vagor: aut ego lecto
Aut ſcripto q̄ me tacitum iuuet. vngor oliuo
Non quo fraudatis ĩmundus natta lucernis
Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit: fugio rabioſi tempora ſigni
Pranſus: non auide quantũ interpellet inani
Uentre diem durare. domeſticus otior. hæc eſt

Uita ſolutorum miſera ambitione grauiq;.
Dis me conſolor victurum ſuauis: ac ſi
Queſtor auus pater atq; meus patruuſq;

Satyra ſeptima.

Roſcripti regis rupili pus atq; venenum
Hibrida quo pacto ſit perſi⁹ vltus: opinor
Omnibus et lippis notum et tonſoribus eſſe
Perſius hic per magna negocia diues habebat
Clazomenis. etiam lites cum rege moleſtas
Durus homo: atq; odio qui poſſet vincere regem
Confidens tumiduſq;. adeo ſermonis amari
Si ſennas barros vt equis præcurreret albis:
Ad regem redeo poſtq̃ nihil inter utrunq;
Conuenit hoc etenim ſunt omnes iure moleſti:
Quo fortes quibus aduerſum bellum incidit inter
Hectora priamiden animoſum atq; inter achillem
Jra fuit capitalis vt vltima diuideret mors
Non aliam ob cauſam: niſi q̃ virtus in vtroq;
Summa fuit duo ſi diſcordia vexet inertes
Aut ſi diſparibus bellū incidat: vt diomedi

Cum lycio glanco diſcedet pigrior vltro
Muneribus miſſis. bruto prætor e tenente
Ditem aſiam rupili et perſi par pugnat: vti non
Compoſitus melius cum bito bacchius in ius
Acres concurrũt magnũ ſpectaculum vterq;
Perſius exponit cauſam ridetur ab omni
Conuentu laudat brutum. laudatq; cohortem
Solem aſiæ brutum appellat: ſtellaſq; ſalubres.
Appellat comites: excepto rege: canem illum
Inuiſum agricolis ſidus veniſſe ruebat
Flumen vt hibernum: fertur quo rara ſecuris
Tum præneſtinus falſo multumq; fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuitia durus
Vindemator et inuictus: cui ſæpe viator
Ceſſiſſet magna cõpellans voce cucullum
At græcus poſtq̃ eſt italo perſuſus aceto
Perſius exclamat: per magnos brute deos te
Oro qui reges conſuetis tollere: cur non
Hunc regem iugulas: opeꝝ hoc mihi crede tuoꝝ ẽ

Satyra octaua.

Lim truncus eram ficulnus inutile lignum
Cũ faber incertus ſcãnũ faceret ne priapuz
Maluit eſſe deum: deus inde ego furum auiũq;
Maxima formido. nam fures dextra cohercet.
Obſcenoq; ruber porrectus ab inguine palus
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa. vetatq; nouis conſidere inhortis
Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis
Conſeruus vili portanda locabat in arca
Hoc miſeræ plebi ſtabat cõmune ſepulchrum
Pantalabo ſcurræ nomentanoq; nepoti
Mille in fronte pedes recentos cippus in agrum
Hic dabat hæredes monumentũ ne ſequerentur
Nunc licet æſquiliis habitare ſalubrius: atq;
Agere in aprico ſpatiari quo modo triſtes
Albis in formem ſpectabant oſſibus agrum
Cum mihi non tantum fureſq; feræq; ſuetæ
Hunc vexare locum curæ ſunt atq; labori:
Quantum carminibus quæ verſant atq; venenis
Humanos animos. has nullo perdere poſſum

Nec prohiberē modo. ſimnl ac vaga luna decorum
Protulit os. quin oſſa legant herbaſq; nocentes
Vidi egomet nigra ſuccintam vadere palla
Canidiam pedibus nudis paſſoq; capillo
Cum ſagana maiore vlulantem: pallor vtraq;
Fecerat horrendas aſpectu ſcalpere terram
Vnguibus et pullam diuellere mordicus agnaz
Cœperunt. cruor in foſſam confuſus. vt inde
Manes elicerent anĩas reſponſa daturas.
Lanea et effigies erat: altera cærea maior
Lanea: quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cærea ſuppliciter ſtabat: ſeruilibus vtq;
Jam peritura modis hecatē vocat altera: ſæuam
Altera tiſiphonem: ſerpentes atq; videres
Infernas errare canes lunamq; rubentem
Ne foret his teſtis poſt magna latere ſepulchra
Mentior at ſi quid: merdis caput inquinet albis
Coruorum: atq; in me veniat mictum atq; cacatum
Julius et fragilis pediatia furq; voramus.
Sīgula quid memorē? quo pacto alterna loquētes

Umbræ cum ſagana reſonarent triſte et acutum
Utq; lupi barbam variæ cum dante colubræ
Adiperint furtim terris. et imagine cærea
Largior arſerit ignis./ et vt nõ teſtis inultus
Horruerim voces furiarum et fata duarum
Nam diſploſa ſonat quantũ veſica pepedi
Diffuſa nate. ficus: at elle currere in vrbem
Canidiæ dentes. altum ſaganæ calendrum
Excidere. atq; herbas: atq; incantata lacertis
Uincula cum magno riſuq; iocoq; videres

Satyra nona.

I Bam forte via ſacra: ſicut meus eſt mos
Neſcio quid meditãs nugarũ totus in illis
Accurrit quidam motus mihi nomine tanti.
Arreptaq; manu quid agis dulciſſime rerum
Suauiter vt nunc eſt inquam et cupio oĩa que vis
Cum aſſectaretur: nunquid vis occupo. at ille
Noris nox inquit. docti ſumus hic ego pluris
Hoc inquã mihi eris. miſere diſcedere quærens
Ire modo ocius. interdum conſiſtere in aurem

Dicere neſcio quid puero. cum ſudor ad imos
Manaret talos o te balane cerebri
Felicem aiebat tacitus: cum quidlibet ille
Garriret. vicos vrbem laudaret: vt illi
Nil reſpondebam. miſere cupis inquit abire
Iamdudū video. ſed nil agis. vſq; tenebo
Perſequar hinc: quo nunc iter eſt tibi. nil opus ē te
Circūagi quendam volo viſcere non tibi notum
Transtyberim longe cubatis prope cæſaris ortes
Nil habeo: quod agā et non ſum īpiger vſq; ſequar te
De mitto auriculas vt iniquæ mentis aſellus
Cum grauius dorſos ſubiit onus: incipit ille
Si bene me noui non viſcum pluris amicum
Non varum facies. nā quis me ſcribere pluris
Aut citius poſſit verſus? quis membra mouere
Mollius? inuideat: quod et hermogenes ego cāto
Interpellandi locus hic erat: eſt tibi mater
Cognati? quis te ſaluo eſt opus. haud mihi quiſq;
Omnes compoſui foelices nunc ego reſto
Confice. nam ꝗ inſtat fatum mihi triſte: ſabellæ

Quod puero cecinit diuina mota anus vrna
Hunc neqꝫ dira venena: nec hoſticus aufert enſis
Nec laterum dolor: aut tuſſis nec tarda podagra
Garrulus hunc quando cõſumet cũqꝫ loquaces
Si ſapiat vitet: ſimul atqꝫ adoleuerit ætas
Ventum erat ad veſtæ quarta iam parte diei
Præterita: et caſu nunc reſpondere audito
Debebat: quod ni feciſſet perdere litem
Si me amas inquit paulum hic ades: inteream ſi
Aut valeo. ſtare aut noui ciuilia iura?
Et propero: quo ſcis: dubius ſum: quid faciã inq̄t
Te ne relinquã an rem: me ſodes: nõ faciam ille
Et præcedere coepit. ego vt contẽdere durum eſt
Conuictore ſequor. mæcenas quo modo tecum
Hinc repetit paucorum hominum et mẽtis bñ ſane
Nemo dexterius fortuna eſt vſus: haberes
Magnum adiutorem: poſſet qui ferre ſecundas
Nunc hominẽ velles ſi tradere diſpeream: ni
Sũmoſſes omnes non iſto viuimus illic:
Quo tu rere modo: domus hac nec purior vlla eſt

Nec magis his aliena malis. nil mi officit vnq̄
Ditior hic: aut eſt quia doctior. eſt locus vni
Cuiq; ſuus. magnum narras: vix credibile atqui
Sic habet accendis quare cupiam magis illi
Proximus eſſe: velis tantū modo: que tua virtus
Expugnabis. et eſt qui vinci poſſit: eo que'
Difficiles aditus primus habet. haud mihi dero
Muneribus ſeruos corrumpam. non hodie ſi
Excluſus fuero: deſiſtam tempora quæram
Occurram in triuiis. deducam non ſine magno
Vita labore dedit mortalibus: hoc dum ait ecce
Fuſcus ariſtius occurrit mihi carus: et illum
Qui pulchre noſſet. conſiſtimus. vnde venis: et
Quo tendis rogat. et reſpondet. vellere cœpi
Et prenſare manu lentiſſima brachia: mutans
Diſtorquens oculos: vt me eriperet. male ſalſus
Ridens diſſimulare. meum iecur vrere bilis
Certe neſcio quid ſecreto velle loqui te
Eiebas mecum. memini bene: ſed meliore
Tempore dicam hodie triceſima ſabbata vintu

Curtis iudæis oppedere.⸗ nulla mihi inquam
Religio eſt. at mi ſum paulo infirmior vnus
Multorum. ignoſces alias loquar hunc cine ſolē
Tum nigrum ſurrexe mihi. fugit improbus: ac me
Sub cultro linquit. caſu venit obuius illi
Aduerſarius. et quo tu turpiſſime magna
Exclamat voce: et licet an teſtari ego vero
Oppono auriculam: rapit in ius: clamor vtrinq;
Vndiq; concurſus: ſic me ſeruauit apollo

Satyra decima.

n Empe in cōpoſito dixi pede currere verſus
Lucili. quis tam lucili fautor inepte eſt
Ut non hoc fateatur. at idem qđ ſale multo
Urbem defricuit: charta laudatur eadem
Nec tamen hoc tribuens dederim quoq; cetera ñ ſic
Et laberi mimos vt pulchra poemata mirer
Ergo non ſatis eſt riſu deducere rictum
Auditoris: et eſt quedā tamē hic quoq; virtus:
Eſt breuitate opus: vt currat ſententia: neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aures

Et ſermone opus eſt modo triſti ſæpe iocoſo
Defendente vicem modo rhetoris atq; poetæ
Interdum vrbani parcentis viribus. atq;
Extenuantis eas conſulto ridiculum acri
Fortius et melius magnas plerumq; ſecat res
Illi ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt:
Hoc ſtabant hoc ſunt imitandi. quos neq; pulcher
Hermogenes nunq̄ legit neq; ſimius iſte:
Nil præter caluum et doctus cantare catullum
At magnum fecit: quod verbis græca latinis
Miſcuit: o ſeri ſtudiorum: qui ne putetis
Difficile: et mirum rhodio quod pitholoenti
Contigit? at ſermo lingua concinnus vtraq;
Suauior: vt chio nota ſi commixta falerni eſt
Cum verſus facias: teipſum percunctor? an et cum
Dura tibi peragenda rei ſit cauſa petilli?
Scilicet oblitus patriæq; patriſq; latini
Cumpedius cauſas exudet publicola atq;
Coruinus patriis: intermiſcere petita
Verba foris malis canuſini more bilinguis

Atq; ego cum græcos facerem natus mare citra
Verſiculos: vetuit me tali voce quirinus
Poſt mediam noctem viſus: cum ſomnia vera
In ſiluam non ligna feras inſanius: ac ſi
Magnas græcorum malis implere cateruas
Turgidus alpinus iugulat dum mēnona dumq;
Defingit rheni luteū caput: hæc ego ludo:
Quæ neq; in æde ſonent certantia iudice tarpa
Nec redeant iterū atq; iterum ſpectanda theatris
Arguta meretrice potens dauoq; chremeta
Eludente ſenem comis garrire libellos
Unus viuorum fundani: pollio regum
Facta canit pede ter percuſſo: forte epos. acer
Ut nemo varius ducit: molle atq; facetum
Uirgilio annuerant gaudentes rure camenæ
Hoc erat experto fruſtra varrone athacino
Atq; quibuſdam aliis melius quod ſcribere poſſem
Inuentore minor: neq; ego illi detrahere auſim
Herentem capiti multa cum laude coronam
At dixi fluere hunc lutulentum: ſæpe ferentem

Plura quidem tollenda relinquendis. age queſo
Tu nihil in magno doctus depræhendis homero?
Nil comis tragici mutat lucilius acci?
Non ridet verſus enni grauitate minores
Cum de ſe loquitur: non vt maiore reprehenſis?
Quid vetat et noſmet lucili ſcripta legentes
Quærere: num illius: num rerum dura negarit
Verſiculos natura magis factos: et euntis
Mollius? at ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus. totidem cœnatus: æthruſci
Quale fuit caſſi rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quē: fama eſt eſſe libriſq;
Ambuſtum propriis: fuerit lucilius inquam
Comis et vrbanus: fuerit limatior idem
Quam rudis: et græcis intacti carminis auctor
Quamq; poetarum ſeniorum turba: ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato dilapſus in æuum
Detereret ſibi multa recideret omne: quod vltra
Perfectum traheretur: et in verſu faciendo

Sæpe caput ſcaberet: viuos et roderet vngues
Sæpe ſtillum vertas: iterumqꝫ digna legi ſint
Scripturus. neqꝫ te vt miretur turba labores
Contentus paucis lectoribus: an tua demens
Uilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego: naz ſatis ē equitē mihi plaudere vt audax
Cōtemptis aliis exploſa arbuſcula dixit
Men moueat cimex pantillus. aut cruciet: quod
Uellicet abſentem demetrius: aut quod ineptus
Fannius hermogenis lædat cōuiua tigilli?
Plotius et varius mœcenas virgiliuſqꝫ
Ualgius et probet hæc octauius optimus atqꝫ
Fuſcus: et hæc vtinam viſcorum laudet vterqꝫ:
Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio te meſſalla tuo cum fratre: ſimulqꝫ
Uos bibuli et ſerui ſimul bis te candide furni.
Cōplures alios doctos ego quos et amicos
Prudens prætereo: quibus hæc ſunt qualia cūqꝫ
Arridere velim: doliturus ſi placeant ſpe
Deterius noſtra: demetri teqꝫ tigilli

Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras:
I puer atq; meo citus hæc ſubſcribe libello.

QUINTI Horatii Flacci ſermonũ liber ii.

Unt q̄b' in ſatyra videar nimis acer & vltra
Legẽ tendere op' ſine neruis: altera quicq̃d
Compoſui pars eſſe putat: ſimileſq; meorum
Mille dies verſus deduci poſſe trebati
Quid faciam perſcribe: quieſcas ne faciam inquis
Omnino verſus: aio peream male: ſi non
Optimum erat: verum nequeo dormire. teruncti
Tranſnato tyberim: ſomno quibus eſt opus alto
Irriguumq; mero ſub noctem corpus habeto
Aut ſi tantus amor ſcribendi te rapit: aude
Cæſaris inuicti res dicere multa laborum
Premia laturus: cupidum pater optime vires
Deficiunt: atq; enim quiuis horrentia pilis
Agmina nec fracta pereuntes cuſpede gallos
Aut labentis equo deſcribat vulnera parthi
Attamen et iuſtum poteras et ſcribere fortem
Scipiadam: vt ſapiens lucilius. haud mihi deero

Cum res ipſa feret: niſi dextro tempore flacci
Uerba per attenatam non ibunt cæſaris aurem
Cui male ſi palpere: recalcitrat vndiq tutus
Quanto rectius hoc, quam triſti lædere verſu
Pantalabum ſcurram nomentanumq nepotem
Cum ſibi quiſq timet: quanq eſt intactus: et odit:
Quid faciam: ſaltat milonius: vt ſemel icto
Acceſſit feruor capiti numeruſq lucernis
Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem
Pugnis quod capitum viuūt totidem ſtudiorum
Millia me pedibus delectat claudere verba
Lucili ritu noſtrum melioris vtroq
Jlle velut fidis archana ſodalibus olim
Credebat libris: neq ſi male geſſerat vſquam
Decurrens alio neq ſi bene: quo fit vt omnis
Uotiua pateat vel vti deſcripta tabella
Uita ſenis ſequor hūc lucanus an apulus anceps
Nam venuſinus arat finem ſub vtrunq colonus
Miſſus ad hoc pulſis. vetus eſt vt fama ſabellis
Quo ne per vacuum romano inquireret hoſtis

Siue quod apula gens ſeu quod lucania bellum
Incuteret violenta ſed hic ſtilus aut petet vltro
Quemq̄ animantē: et me veluti cuſtodiat enſis
Uagina tectus quem cur diſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus ? o pater et rex
Juppiter vt pareat poſitum rubigine tælum
Nec quiſq̄ noceat cupido mihi pacis: at ille
Qui me cōmorit: melius non tangere clamo:
Flebit et inſignis tota cantabitur vrbe
Ceruius iratus leges minitatur et vrnam:
Canidia albuti quibus eſt inimica: venenum
Grande malum turius ſi q̄d ſe iudice certet
Ut quo quiſq; valet ſuſpectos terreat: vtq;
Imperet hoc natura potens: ſic collige mecum
Dente lupus cornu taurus petit vnde niſi intus
Monſtratum ſceuæ viuacem crede nepoti
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera: mirum
Ut neq; calce lupus quēq̄ neq; dente petit bos
Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta
Ne longum faciam: ſeu me tranquilla ſenectus

Expectat : ſeu mors atris circumuolat alis
Diues inops romæ ſeu ſors ita iuſſerit exul:
Quiſquis erit vitæ ſcribam color o puer vt ſis
Vitalis metuo:et maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat. quid cum eſt lucilius auſus
Primus in hunc operis cõponere carmina morem
Detrahere et pellem nitidus qua quiſqȝ per ora
Cederet introrſum turpis ? num lælius et qui
Duxit ab oppreſſa meritum carthagine nomen
Ingenio offenſi aut læſo doluere metello
Famoſiſqȝ lupo cooperto verſibus atqui
Primores populi arripuit populumqȝ tributi
Scilicet vni æquus virtuti atqȝ eius amicis
Quin vbi ſe a vulgo et ſcæne in ſecreta remorantꝰ
Virtus ſcipiadæ et mitis ſapientia læli:
Nugari cum illo et diſcincti laudare: donec
Decoqueretur olus: ſoliti. quicq̃d ſum ego q̃uis
Infra lucilii cenſum ingeniumqȝ:tamen me
Cum magnis vixiſſe in vita fatebitur vſqȝ
Inuidia et fragili quærens illidere dentem

Offendet ſolido niſi quid tu docte trebati
Diſſentis equidem nihil hinc diffingere poſſum
Sed tamen vt monitus caueas: ne forti negoti
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum:
Si mala condiderit in quenquam carmina ius eſt
Iudiciumqꝫ: eſto ſi quis mala ſed bonã ſi quis
Iudice condiderit laudatur cæſare ſi quis
Opprobriis dignum latrauerit integer ipſe.
Soluentur riſu tabule: tu miſſus abibis

Satyra ſecunda.

q Ue virtus et q̄ta bonis ſit viuere paruo
Nec meꝰ hic ſermo ē: ſed quē precepit ofellꝰ
Ruſticus anormis ſapiens craſſaqꝫ minerua
Diſcite non inter lances menſaſqꝫ nitentes:
Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus: et cum
Accliuis falſis animus meliora recuſat:
Uerum hic impranſi mecū diſquirite: cur hoc
Dicam ſi potero. male verum examinat omnis
Corruptus iudex leporem ſectatus equo ue
Laſſus ab indomito: vel ſi romana fatigat

Militia aſuetum græcari: ſeu pila velox
Molliter auſterum ſtudio fallente laborem
Seu te diſcus agit: pete cædentem aera diſco
Cum labor extuderit faſtidia ſiccus inanis
Sperne cibum vilē: et niſi hymetia mella fallerno
Ne biberis diluta foris eſt ꝓmus et atrum
Deffendens piſces hiemat mare. cum ſale panis
Latrantem ſtomachū bene leniet. vnde putas aut
Qui partum non in caro nidore voluptas
Sūma: ſed in te ipſo eſt tu pulmentaria quære
Sudando piguem vitiis albumqꝫ neqꝫ oſtrea
Nec ſcaurus aut poterit ꝑegrina iuuare lagois
Uix tamen eripiam poſito pauone velis quin
Hoc potius quā gallina tergere palatum
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro
Rara auis: et picta pandat ſpectacula cauda
Tanquam ad rem attineat quicq̄ nū veſceris iſta
Qua laudas pluma cocto nū adeſt honor idem
Carne tamen q̄uis diſtat nihil hac: magis illa
Imparibus formis deceptum te paſcet. eſto

Unde datum ſentis lupus hic tiberinus. an alto
Captus hiet pontus ne inter iactatus an amnis
Hoſtia ſub tuſci? laudas inſane trilibrem
Nullum in ſingula quē minuas pulmenta neceſſe ē
Ducit te ſpecies video quo pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit his breue pondus
Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem ait harpyis gula digna rapacibus. at vos
Præſentes auſtri coquite horum obſonia quanq̄
Putet aper rombuſq; recens: mala copia quando
Aegrum ſollicitat ſtomachū: cum rapula plenus
Atq; accidas mauult inulas: necdū omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis
Nigriſq; eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Galloni præconis erat accipenſere menſa
Infamis quid tum rōbos minus æquora alebant
Tutus erat rombus. tutoq; ciconia nido:
Donec vos auctor docuit prætorius. ergo

Siquis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos
Parebit praui docilis romana iuuentus
Sordidus a tenui victu diſtabit ofello
Judice nam: nam fruſtra vitium vitaueris illud
Si te alio prauum detorſerit auidienus
Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret
Quinquēnes oleas eſt et ſilueſtria corna:
Ac niſi mutatum parcit diffundere vinum:
Cuius odorem olei nequeas perferre: licebit
Jlle repotia natales aliosve dierum
Feſtos albatus celebret cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat: veteris non parcus aceti
Quali igitur victu ſapiens vtetur? et horum
Utrum imitabitur? hac vrget lup⁹. hac canis āgit
Mundus erit: qui non offendat ſordibus atq
Jn neutram partē cultus miſer hic neq ſeruis
Albuci ſenis exemplo dum munia didit:
Sæuus erit. nec ſic vt ſimplex neuius vnctam
Conuiuis præbebit aquā. vitiū hoc quoq magnū
Accipe nunc victis tenuis. que quātaq ſecum

Afferat: in primis valeas bene: nam variæ res
Ut noceant homini: credas: memor illius escæ:
Quæ ſimplex olim tibi ſederit: at ſimul aſſis
Miſcueris elyxa ſimul conchilia turdis
Dulcia ſe in bilem vertent: ſtomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus honuſtum
Heſternis vitiis. animũ quoq; prægrauat vna
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ
Alter vbi dicto citius curata ſopori
Mẽbra dedit: veget⁹ p̃ſcripta at munia aure ſurgit
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondã
Siue diem feſtum rediens adduxerit annus:
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbiq;
Accedent anni: tractari mollius ætas
Jmbecilla volet: tibi quidnã accedet ad iſtam
Quam puer et validus præſumis molliciẽ: ſeu
Dura valitudo inciderit? ſeu tarda ſenectus
Rancidum aprum antiqui laudabant: nõ q̃a naſus
Jllis nullus erat. ſed credo hac mente q̃ hoſpes

Tardius aduèniens vicinatum commodius: q̄

Integrum edax dominus conſumeret hos aut inter

Heroas natum tellus me prima tuliſſet

Das aliquid famæ: que carmine gratior aurem

Occupat humanam? grandes rombi patineqꝫ

Grande ferunt vna cū damno dedecus: adde

Iratum patruum vicinos te tibi iniquum

Et fruſtra mortis cupidum: cum deerit agenti

Aes laquei pretium. iure in quit traſius iſtis

Iurgatur verbis. ego vectigalia magna

Diuitiaſqꝫ hēo tribus amplas regibus. ergo

Quod ſuperat non eſt melius quo inſumere poſſis?

Cur eget indignus quiſqꝫ te diuitæ? quare

Templa ruunt antiqua deū? cur improbe caræ

Non aliquid patrie tanto emetiris aceruo

Uni nimirum recte tibi ſemper erunt res?

O magnus poſt hac inimicis riſus. vter ne

Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic qui

Pluribus aſſuerit mentem corpuſqꝫ ſupbum?

An qui contentus paruō metuenſqꝫ futuri?

In pace vt ſapiens aptarit idonea bello./
Quo magis his credas./ puer hunc ego paruus
Integris opibus noui non latius uſum
Quam nunc acciſis uideas metato in agello ofellū
Cum pecore et gnatis: fortem mercede colonum
Non ego narrantem temere edi luce profeſta
Quicq̄ præter olus fumoſe cum pede perne
Ac mihi ſeu longum poſt tēpus veneralis hoſpes
Siue operum vacuo gratus cōuiua per imbrem
Vicinus: bene erat non piſcibus vrbe petitis
Sed pullo atqꝫ hædo. tū penſilis vua ſecundas
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra
Ac venerata ceres ita culmo ſurgeret alto
Explicuit vino contractæ ſeria frontis
Sæuiat atqꝫ nouos moueat fortuna tumultus
Quātum hinc inminuet q̄to aut ego ꝑcius aut vos
O pueri nituiſtis: vt huc nouus incola venit./
Nam proprie telluris herum natura neqꝫ illum
Nec me. nec quemq̄ ſtatuit. nos expullit ille

Illum aut nequities aut vafri inſcitia iuris.
Poſtremum expellet certe viuiatior hæres
Nunc ager vmbreni ſub nomine nuper ofelli
Dictus: erit nulli proprius: ſed cedet in vſum
Nunc mihi nunc alii: quo circa viuite fortes
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

Satyra tertia.

s ic raro ſcribis: vt toto non quater anno
Membranā poſcas ſcriptorū queq; retexēs
Iratus tibi: quod vini ſomniq; benignus
Nil dignum ſermone canas. quid fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti: ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis. incipe. nil eſt
Culpantur fruſtra calami. immerituſq; laborat
Iratis natus paries diis atq; poetis
Atqui vultus erat multa et præclara minantis
Si vacuū tepido cœpiſſet vilula tecto.
Quorſum pertinuit ſtipare platona menandro
Eupolin archilochū comites educere tantos?
Inuidiam placare paras virtute relicta?

Contennere miſer. vitanda eſt improba ſiren
Deſidia: aut quicquid vita meliore paraſti:
Ponendum æquo animo. dii te damaſippe deæque
Uerum ob conſilium donent tonſore: ſed vnde
Tam bene me noſti? poſtꝙ omnis res mea ianum
Ad medium fracta eſt: aliena negocia curo
Excuſſus propriis. olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes lauiſſet ſiſiphus ære.
Quod ſculptū infabre. quid fuſum durius eſſet
Callidus huic ſigno ponebam millia centum
Hortos egregiaſqꝫ domos mercarier vnus
Cum lucro noram: vnde frequentia mercuriale
Impoſuere mihi cognomen cōpita: noui
Et miror morbi purgatum te illius atqui
Emouit veterē mire nouus vt ſolet incor
Traiecto lateris miſeri capitis ve dolore
Ut letargicus hic cum fit pugil. et medicum vrget
Dum nequit ſimile huic. eſto vt libet o bone tene
Fruſtrere. inſanis et tu ſtultiqꝫ prope omnes
Siquid ſtertinius veri crepat. vnde ego mira

Deſcripſi docilis precepta hec tēpore quo me
Solatus iuſſit ſapientem paſcere barbam.
Atq3 a fabritio non triſtem ponte reuerti:
Nam male re geſta: cum vellem mittere operto
Me capite in flumen dexter ſtetit: et caue ſaxis
Te quicq̄ indignū. pudor inquit te malus vrget
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi.
Primum nā inquirā: q̄d ſit furere: hoc ſi erit in te
Solo: nil verbi: pereas quin fortiter: addam:
Quem mala ſtultitia et quæcūq3 inſcitia veri
Cæcum agit: inſanum chryſippi porticus et grex
Auctumat hec populus hec magnos formula reges
Excepto ſapiente tenet. nunc accipe quare
Deſipiant omnes æque ac tu. qui tibi nomen
Inſano poſuere velut ſiluis: vbi paſſim
Palantes error certo: de tramite pellit
Ille ſiniſtrorſum. hic dextrorſum abit. vnus vtriq3
Error: ſed variis illudit partibus hoc te
Crede modo inſanum nihilo vt ſapientior ille:
Qui te deridet caudam trahat. eſt genus vnum

Stultitiæ. nihilū metuenda timendis vt ignis
Ut rupes fluuioſq; in campo obſtare queratur
Alterum et huic variuȝ et nihilo ſapientius: ignes
Per medios fluuioſq; ruentis. clamet amica:
Mater honeſta ſoror. cū cognatis. pater vxor
Hic foſſa eſt ingens. hic rupes maxima: ſerua.
Non magis audierit quā fuſius hebrius olim
Cum ilionam edormit. catienis mille ducentis
Mater te appello clamantibus huic ego vulgum
Errori ſimilem cuntum inſanire docebo
Inſanit veteres ſtatuas damaſippus emendo
Integer eſt mentis damaſippi creditor/ eſto:.
Accipe: quod nunq̄ reddas mihi: ſi tibi dicam
Tu ne inſanus eris: ſi acceperis: an magis exors
Reiecta præda quā præſens mercurius fert/
Scribe decē nerio non eſt ſatis/ adde cicutæ
Nodoſi tabulas centum mille adde catenas;
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula proteus
Cum rapies in iura malis ridentem alienis.
Fiet aper: modo auis: mō ſaxū et cum volet arbor

Si male rem gerere inſani eſt: contra bene ſani:
Putidius multo cerebrum eſt mihi crede perilli
Dicantis: quod tu nunq̃ reſcribere poſſis
Audire atq; togam iubeo cõponere. quiſquis
Ambitione mala: aut argenti pallet amore:
Quiſquis luxuria triſti ve ſuperſtitione:
Aut alio mit is morbo calet: huc proprius me:
Dum doceo inſanire omnes: vos ordine adite
Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris.
Neſcio: an anticyram ratio illis deſtinet omnem
Hæredes ſtaber ſummam incidere ſepulcro
Ni ſic feciſſent: gladiatorum dare centum
Dãnati populo paria atq; epulũ arbitrio arri
Frumenti quantũ metit aphrica: ſiue ego praue
Seu recte hoc volui: ne ſis patruus mihi credo
Hoc ſtaberi prudentem animũ vidiſſe. quid ergo
Senſit cum ſummam patrimonii iuſculpere ſaxo
Hæredes voluit? quoad vixit: credidit ingens
Pauperiem vitium: et cauit nil acrius: vt ſi
Forte minus locuples vno quadrante periet:

Ipſe videretur ſibi nequior: omnis enim res
Uirtus fama decus diuina humanaq; pulchris
Diuitiis parent: quas qui conſtruxerit ille
Clarus erit fortis iuſtus ſapiens,etiam rex.
Et quicq̄d volet hoc veluti virtute paratum
Sperauit magne laudi fore. quid ſimile iſti
Græcus ariſtippus? qui ſeruos proiicere aurum
In media iuſſit lybia: quia tardius irent
Propter onus ſegnes: vter eſt inſanior horum?
Nil agit exemplum: litem quod lite reſoluit.
Siquis emat citharas. emptas cōportet in vnum
Nec ſtudio citharæ: nec muſæ deditus vlli.
Si ſcalpra et formas non ſutor: nautica vela
Auerſus mercaturis delirus et amens
Undiq; dicatur merito. qui diſcrepat iſtis
Qui nummos aurumq; recondit. neſcius vti
Compoſitis metuenſq; velut cōtingere ſacrum
Siquis ad ingentem frumenti ſemper æceruum
Porrectus vigilet cum longo fuſte: neq; illinc
Audeat eſuriens dominus contingere granum

Ac potius foliis parcus veſcatur amaris.
Si poſitis intus chii veteriſq; falerni
Mille cadis. nihil eſt. ter centum millibus: acre
Potet accetum. age. ſi et ſtramentis incubet: vnde
Octoginta annos natus cui ſtragula veſtis
Blapſtarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca:
Ni mirum inſanus paucis videatur: eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem
Filius aut etiam hoc libertus vt ebibat hæres.
Diis inimice ſenex cuſtodis ne tibi deſit.
Quantulum enim ſumm æcurabit quiſq; dierũ
Ungere ſi caules oleo meliore caput q;
Cæperis impexa fœdũ porrigine. quare:
Siquid vis ſatis eſt: periuras: ſurripis aufers
Undiq; / tum ſanus populũ ſi cœdere ſaxis
Incipis: ſeruoſq; tuos quos ære pararis:
Inſanum te omnes pueri clamentq; puellæ:
Cum lequeo vxorem interimis matrẽq; veneno
Incolumi capite es / quidẽ neq; hoc tu facis agris
Nec ferro vt demẽs genitricẽ occidit horeſtes

An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente?
Ac non ante malis dementē actū furiis: quam
In matris iugulo ferrum tepeſcit acutum?
Quin ex quo eſt habitus male tutæ mētis horeſtes
Nil ſene fecit: quod tu reprehendere poſſis
Non pyladen ferro violare auſuſue ſororem
Electram. tantum male dicit vtriq; vocando
Hanc furiam: hunc aliud iuſſit qđ ſplendida bilis
Pauper opimius argenti poſiti intus et auri:
Qui veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla: vappāq; profeſtis:
Quondam letargo grādi eſt oppreſſus vt hæres
Iam circūloculos: et claues lætus ouanſq;
Curreret hunc medicus: multū celer atq; fidelis
Excitat hoc pacto menſam poni iubet. atq;
Effundi ſaccos nūmorū: accedere plures
Ad numerandū: hominē ſic erigit. addi et illud
Ni tuo cuſtodis auidus iā hæc auferet hæres
Men viuo? vt viuas igitur vigila hoc age quid vis
Deficient inopem venæ te: ni cibus atq;

Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Tu ceſſas: age dum ſumme hoc ptiſnariū oriza
Quanti emptæ./ paruo: quāti ergo./ octuſibꝰ heheu
Quid refert./ morbo an furtis percāq; rapinis
Quis nam igitur ſanus./ q̇ nō ſtultus: quid auarus
Stultus et in ſanus: quid ſi quis non ſit auarus./
Continuo ſanus./ minime. cur ſtoicc. dicam
Non eſt cardiacus: craterū dixiſſe putato
Hic æger recte eſt igitur: ſurgetq; negabit:
Quod latus aut renes morbo temptantur acuto.
Non eſt proiutus neq; ſor didus: immolet æquis
Hic porcum laribus. verum ambitioſus et audax
Nauiget antyciram: quid enim differt baratrone
Dones quicq̄d habes: an nunq̄ vtare paratis
Seruius oppidius: canuſi duo prædia diues
Antiquo cenſu natis diuiſſe duobus
Fertur et hoc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum: poſtq̄ tetalos aulæ nuceſq;
Ferre ſinu faxo donare et ludere vidi
Te tyberi numerare: cauis abſcondere triſtem

Extimui: ne vos ageret veſania diſcors
Tu momentanũ. tu ne: ſequere cicutam:
Quare per diuos oratus vterqꝫ poenates
Tu caue: ne minuas: tu ne maius facias id
Quod ſatis eſſe putat pater: et natura coherceat
Præterea ne vos titillet gloria iure
Iurando obſtringam ambo vter ædilis fuerit ve
Veſtrũ prætor: is inteſtabilis et ſacer eſto:
In cicere atqꝫ faba bona tu perdaſqꝫ lupinis
Lætus vt in circo ſpaciere aut æneus vt ſtes
Nudus agri nudus nũmis inſane paternis
Scilicet vt plauſus: quos fert agrippa: feras tu:
Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem
Ne quis humaſſe velit aiacem atrida vetas: cur?
Rex ſum? nil vltra quæro. plebeius et æquam
Rẽ imperito. ac ſi cui videor non iuſtus: inulto
Dicere quod ſentit: permitto maxime regum:
Dii tibi dent capta claſſem deducere troia:
Ergo conſulere et mox reſpondere licebit?
Cõſule. cur aiax heros ab achille ſecundus

Putreſcit. totiens ſeruatis clarus achiuis?
Gaudeat vt populus priami priamuſqꝫ inhumato
Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulchro
Mille ouium inſanus morti dedit. inclytū vlyxem
Et menelaum vna mecū ſe occidere clamans
Tu cum pro vitula ſtatuis dulcē aulidet natam
Ante aras ſpargiſqꝫ mola caput improbe ſalſa
Rectū animi ſeruas? quorſuꝫ? inſanus q̄d enī aiax
Fecit? cum ſtrauit ferro pecus? abſtinuit vim
Vxore et gnato mala multa præcatus atridis
Non ille aut teucrum: aut ipſum violauit vlyxem
Verū ego vt hærentes aduerſo littore naues
Eriperem: prudens placui ſanguine diuos
Nempe tuo furioſe meo. ſed non furioſus.
Qui ſpecies alias veri ſceleriſqꝫ tumultu
Permixtas capient commotus habebitur atqꝫ
Stultitia ne erret nihilum diſtabit an ira
Aiax inmeritos dum occidit: deſipit agnos:
Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes
Stas animo? et purum tibi cum vitio tumidū cor?

Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam:
Huic veſtẽ vt gnatæ paret. ancillas paret aurum
Rufam aut puſillam appellet fortiq; marito
Deſtinet vxorem interdicto huic omne adimat ius
Prætor et ad ſanos habeat tutela propinquos.
Quid ſi quis gnatam pro muta deuouet agna
Integer eſt animi? ne dixeris: ergo vbi praua
Stultitia eſt: hic ſumma inſania. qui ſceleratus
Et furioſus erit: quem cœpit vitrea fama:
Hunc circumtenuit gaudens bellona cruentis
Hunc age luxuriam et momentanum arripe mecuꝫ
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes
Hic ſimul accepit patrimonium mille talenta
Edicit: piſcator vti: pomarius: auceps
Vnguentarius ac tuſci turba impia vici.
Cum ſcurris fartor cum velabro omne macellum
Mane domum veniat quid tum? venere frequentes
Verba facit leno. quicq̄d mihi: quicq̄d et horum
Cuiq; domi eſt id crede tuum vel nunc pete vel cras
Accipe quid contra hæc iuuenis reſpõderit æquus

In niue lucana dormis ocreatus: vt aprum
Cœnē ego tu piſces hiberno ex æquore vellis
Segnis ego indignus qui tantum poſſideam. aufer
Sūme tibi decies. tibi tantundem: tibi triplex
Unde vxor media currit de nocte vocata.
Filius æſopi detractam ex aure metellæ:
Scilicet vt decies ſolidum exorberet aceto
Diluit inſignem baccam qui ſanior: ac ſi
Illud idem in rapidum flumen iaceret ve cloacam
Quinti progenies arri par nobile fratrum
Nequitia et nugis prauorum et amore gemellum
Luſcinias ſoliti impenſo prandere cōeptas
Quorſum habeant ſani an creta an carbone notandi
Aedificare caſas ploſtello adiungere mures
Ludere par impar: equitare in harundine longa
Si quem delectat barbatum amentia verſet.
Sic puerilius his ratio eſſe euincet amare
Nec quicq̄ differre vtrum ne in puluere trimus
Quale prius ludas opus: an meretricis amore
Sollicitus plores: quero facias ne quod olim

Mutatus polemon: ponas inſignia morbi.
Faſciolas. cubitale focalia: potus vt ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas:
Poſtq̄ eſt impranſi correptus voce magiſtri
Porrigis irato puero cum poma: recuſat:
Summe citelle: negat: ſi non des: optet amatur
Excluſus: qui diſtat: agit vbi ſecum? eat? an non?
Quo rediturus erat non acerſitus? et hæret
Inuiſis foribus: nec nunc cū me vocet vltro
Accedam an potius mediter finire dolores
Excluſit: reuocat. redeā? non ſi obſecret: ecce
Seruus non paulo ſapientior o here quæres
Nec modum habet. neq; conſilium rōne modoq;
Tractari non vult in amore hæc ſunt mala. bellum
Pax rurſum hæc ſi quis tēpeſtatis prope ritu
Mobilia et cæca fluitantia ſorte laboret
Reddere certa ſibi: nihilo plus explicet: ac ſi
Inſanire paret certa ratione modoſq;.
Quid cum picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes: ſi cameram percuſti forte penes te es?

Quid cum balla feris annoſo verba palato
Aedificante caſas quid ſanior: adde cruorem
Stultitie. atq; ignem gladio ſcrutare: modo inq̃
Pelade percuſſa marius cū precipitat ſe
Ceritus fuit: an cōmotæ crimine mentis
Abſolues hominē et ſceleris dānabis eundem
Ex more imponens cognata uocabula rebus
Libertinus erat. qui circū compita ſiccus
Lautis mane ſenex manibus currebat. et vnum
Quiddam magnū addens vnum me ſurpite morti
Diis et.n. facile eſt: orabat ſanus vtriſq;
Auribus atq; oculis. mentem. niſi litigioſus
Exciperet doinus: cū venderet hoc quoq; vulgus
Chryſippus ponit foecunda in gente meneni
Juppiter ingentes qui das adimiſq; dolores
Mater ait pueri menſes iam quinq; cubantis
Frigida ſi puerum quartana reliquerit: illo
Magne die: quo tu indicis ieiunia nudus
In tyberi ſtabit: caſus medicuſue leuarit
Aegrum ex precipiti mater delira necabit

Ingelida fixum ripa: febrimqꝫ reducet
Quo ne malo mentem cõcuſſa? timore deorum
Hæc mihi ſtertinius ſapientum octauus amico
Arma dedit: poſthac ne compellarer inultus
Dixerit inſanum: qui me totidem audiet: atqꝫ
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo
Stoice poſt damnum ſic vendas omnia pluris
Qua me ſtultitia: quoniam non eſt genus vnum
Inſanire putas. ego nã videor mihi ſanus
Quid? caput abciſſum demens cũ portat agaue
Gnati infœlicis ſibi tum furioſa videtur
Stultum me fateor: liceat cõcedere veris
Atqꝫ etiam inſanum. tantum hoc ediſcere: quo me
Aegrotare putes animi vitio. accipe primum
Aedificas: hoc eſt longos imitaris ab imo
Ad ſummum totus moduli bipedalis et idem
Corpore maiorem rides turbonis in armis
Spiritum et incenſum qui ridiculus minus illo
An quodcũqꝫ facit mæcenas: te quoqꝫ verũ eſt
Tanto diſſimilem et tanto certare minorem.

Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis:
Unus vbi effugit: matri denarrat: vt ingens
Belua cognatos eliſerit. illa rogare:
Tanta ne? nũ tandẽ ſufflans ſi magna fuiſſet
Maior dimidio? nũ tanto? cum magis atq;
Se magis inflaret. non ſi te ruperis: inquit
Par eris: hæc a te non multum abluit imago
Adde poemata nunc. hoc eſt oleum adde camino
Quam ſi quis ſanus fecit: ſanus facis et tu:
Non dicam horrendam rabiã: iam deſine cultum
Maiorem cenſu: taneas damaſippe tuis te
Mille puellarum puerorum mille furores.
O maior tandem parcas inſani minori.

Satyra quarta.

v Nde et quo catiꝰ? nõ eſt mihi tẽpus auẽti
Ponere ſigna nouis preceptis qualia vĩcũt
Pytagorã anitiq; reum doctũ ꝙ platona
Peccatum fateor: cum te ſic tempore leuo
Iterpellarim: ſed des veniam bonus oro
Quod ſi interciderit tibi nunc aliquid repetes mox

Siuæ eſt naturæ hoc. ſiue artis mirus vtroqꝫ.
Quin id erat curæ: quo pacto cuncta tenerem
Ut pote res tenues tenui ſermone peractas:
Aede hominis nomen: ſimul et romanus an hoſpes
Ipſe memor præcepta canã: celabitur auctor
Longa quibus facies ouis erit: illa memento
Ut ſucci melioris et vt magis alba rotundis
Ponere: nanqꝫ marem cohibent calloſa vitellum
Caule ſuburbano. qui ſiccis creuit in agris
Dulcior: irriguo nihil eſt clutius horto:
Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes
Ne gallina malum reſponſet dura palato
Doctus eris viuam mixto merſare falerno
Hoc teneram faciet: pratenſibus optima fungis
Natura eſt aliis male creditus ille ſalubres
Aeſtates peraget: qui nigris prandia moris
Finiet ante grauem quæ legerit arbore ſolem
Aufidius forti miſcebat mella fallerno
Mendoſe: quoniã vacuis cõmittere venis
Nil niſi lene decet: leni ꝑcordia mulſo

Prolueris melius ſi dura morabitus aluus
Mugilus et viles pellent obſtantia conchæ:
Et lapathi breuis herba: ſed albo non ſine coo
Lubrica naſcentes implent cõchilia lunæ:
Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ
Murice baiano melior lucrina pelori
Oſtrea circeis miſeno oriuntur echinni:
Pectinibus patulis iactat ſe molle tarentum
Nec ſibi cenarum quiuis temere arrõget artem
Non prius exacta tenui ratione ſaporum
Nec ſatis eſt cara piſces auertere menſa
Ignarum quibus eſt ius aptius: et quibus aſſis:
Languidus in cubitũ: iam ſe conuiua reponet
Umber: et iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances carnẽ vitantis inertem
Nam laurens malus eſt vluis et arundine pinguis
Uinca ſummittit capreas non ſemper edules.
Fæcundi leporis ſapiẽs ſectabitur harmos
Piſcibus atq; auibus quæ natura et foret
Ante meum nulli patuit quæſita palatum

Sunt q̇bus ingeniū noua tātuȝ cruſtula ꝓmit ætas
Nequaq̄ ſatis in re vna conſumere curam
Ut ſiquis ſolū hoc male ne ſint vina laboret
Quali perfundat piſces ſecurus oliuo.
Maſſica ſi cælo ſupponens vina ſereno
Nocturna ſiquid craſſi ē: tenuabitur aura
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
Integrum perdunt lino vitiata ſaporem
Surrentina vafer qui miſcet foece falerna
Uina columbino limū bene colligit ouo
Quatenus ima petit voluens aliena vitellus
Toſtis marcentem ſquillis recreabis et afra
Potorem coclea: nā lactuca inatat acri
Poſt vinum ſtomacho ꝑua magis ac magis illis
Flagitat in morſus refici: quin oīa malit
Quæcumqꝫ in mundis feruent: allata popinis
Eſt operepretium duplicis ꝑnoſcere iuris
Naturam: ſimplex edulci conſtat oliuo
Quod pingui miſcere mero muriaqꝫ decebit
Non alia q̄ qua biſantia putruit orca

Hoc vbi confuſum ſectis inferbuit herbis
Corithioqꝫ croco ſparſum ſtetit inſuꝑ addes
Preſſa venefrane quod bacca remiſit oliuæ
Picenis cedunt pomis tyburtia ſucco
Nam facile preſtant: venucula conuenit ollis
Rectius albanam fumo duraueris uuam
Hanc ego cum malis ego fæcem primꝰ et allec
Primus et inueni piper album: cum ſale nigro
In cretum puris circumpoſuiſſe catillis
Immane eſt vitium dare millia trenta macello
Anguſtoqꝫ vagos pi ſces vrgere catino
Magna mouent ſtomacho faſtidia: ſeu puer vnctis
Tractauit calicem manibus dū furta lygurit
Siue grauis neteri cratere limus adhæſit
Uilibus inſcopis in mappis in ſcobe quantus
Conſiſtit ſumptus: neglecti flagitium ingens
Ten lapides varios lutulenta radere palma
Et tyrias dare circum illota totalia veſtes
Oblitum quanto curam ſumptūqꝫ minorem
Hæc habeant tāto reprehendi iuſtius illis

Quæ viſi diuitibus nequeunt contingere menſis
Docte cati per amicitiã diuoſq; rogatus
Ducere me auditum perges quocunq; memento
Nã quãuis referas memori mihi pectore cũcta?
Non tamen interpres tantundem iuueris. adde
Uultũ habitumq; hominis. quẽ tu vidiſſe beatus
Non magni pendis: quia contingit. at mihi cura
Non mediocris ineſt fontes vt adire remotos
Atq; haurire queã vitæ præcepta beatæ

Satyra quinta.

Oc quoq; tireſia præter narrata petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queã res
Artibus atq; modis: quid rides? iamne doloſo
Non ſatis eſt ithacam reuehi patrioſq; pœnates
Aſpicere: o nulli quicq̃ mẽtire: vides: vt
Nudus inopſq; domũ redeam te vate: neq; illic
Aut apotheca pcis intacta eſt: aut pecus atqui
Et genus et virtus niſi cum revilior alga eſt
Quando pauperiẽ miſſis ambagibus horres
Accipe: qua ratione queas diteſcere. turdus

Siue aliud primum dabitur tibi deuo let illuc
Res vbi magna nitet domino ſene dulcia poma
Et quoſcūqꝫ feret cultus tibi fundus honores
Ante larē guſtet venerabilior lare diues
Qui quāuis periurus erit ſine gente cruentus
Sanguine fraterno fugitiuus: ne tamen illi
Tu comes exterior: ſi poſtulet: ire recuſes:
Ut ne tegā ſpurco damæ latus.? haud ita troie
Me geſſi certans ſemper melioribus.ergo
Pauper eris fortem hoc animū tollerare iubebo
Et quondam maio. atuli: tu protinus vnde
Diuitias ærisqꝫ ruam dic augur aceruos:
Dixi equidē: et dico captes aſtutus vbiqꝫ
Teſtamenta ſenum: neu ſi vafer vnus et alter
Inſidiatorem preroſo fugerit hamo:
Aut ſpem deponas aut artem illuſus omittas
Magna minor ve foro ſi res certabitur olim
Uiuet vter locuples ſine gnatis improbus vltro
Qui moliorem audax vocet in ius illius eſto
Defenſor: fama ciuem cauſaqꝫ priorem

Sperne: domi ſi gnatus erit fæcunda ve coniunx
Quinte putat aut publi. gaudent prenomine
Auriculæ tibi me virtus tua fecit amicum
Jus anceps noui: cauſas defendere poſſum molles
Eripiet quiuis oculos citius mihi quã te
Contẽptum caſſa vnce pauper: hæc mea cura eſt
Ne quid tu perdas: neu ſi iocus: ire domũ atq;
Pelliculã curare iube. fis cognitor ipſe
Perſta atq; obdura. ſeu rubra canicula findet
Infantes ſtatuas: ſeu pingui tentus omaſo
Furius hybernas cana niue conſpuet alpes
Nõne vides? aliquis cubito ſtantẽ prope tangens
Jnquiet vt patiens vt amicis aptus vt acer.
Plures annabunt tunni: et cetaria creſcent
Si cui præterea validus male filius in re
Præclara ſublatus aletur: ne manifeſtum
Cælibus obſequium nudet: te leniter in ſpem
Arripe officioſus: et vt ſcribare ſecundus
Hæres et ſiquis caſus puerũ egerit horcho
In vacuũ venias: graro hæc halea fallit

Qui teſtamentū tradet tibi cūq; legendum
Abnuere: et tabulas a te remouere memento
Sic tamen vt limis rapias. quid prima ſecundo
Cera velit verſu. ſolus: multis ne coheres:
Uel loci percurre oculo plerumq; recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruū deludet hiantem
Captatorq; dabit riſus naſica corano:
Num furis? an prudens ludis me obſcura canēdo
Olertiade quicq̄d dicam aut erit aut non
Diuinare et enim magnus mihi donat apollo:
Quid tamen iſta velit ſibi fabula: ſcilicet ede
Tēpore quo iuuenis ꝑthis horrendus ab alto
Demiſſum genus æneæ. tellure mariq;
Magnus erit: forti nubet procera corano
Filia naſicæ metuentes reddere ſoldum
Tum gener hoc faciet. tabulas ſocero dabit atq;
Ut legat: orabit: multū naſica negatas
Accipiet tandem: et tacitus leget: inuenietq;
Nil ſibi legatum præter plorare ſuiſq;
Illud ad hæc iubeo: mulier ſi forte doloſa

Libertus ve ſenem delirum temperet illis
Accedas ſocius. laudes laudaris vt abſens.
Adiuuat hoc quoq; ſed vincit longe prius ipſum
Expugnare caput ſcribet mala carmina vectos
Laudato ſcortator erit· caue te roget vltro
Penelopen facilis potiori trade. putas ne
Perduci poterit tam frugi tamq; pudica:
Quam nequiere porci recto depellere curſu
Venit enim magnum donandi parca iuuentus
Nec tantum veneris quãtũ ſtudioſa colinæ
Sic tibi penelope frugi eſt: quæ ſi ſimul vno
De ſene guſtarit tecum partita lucellum
Ut canis a cario nũq̃ abſterrebitur vncto:
Me ſene q̃d dicã factũ. anus improba thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata cadauer
Unctum oleo largo nudis humeris tulit hæres
Scilicet elabi ſi poſſet mortua credo
Quod nimium inſtiterit viuenti: cautus adito:
Ne deſis oporæ ne ve immoderatus abundes
Difficilẽ et morſum offendet garrulus vltro

Non etiam ſileas dauus ſis comicus atq;
Stes capite obſtipo: multum ſimilis metuenti.
Obſequio craſſare. mone: ſi increbuit aura.
Cautus vti velet carum caput extrahe turba
Oppoſitis humeris: aurem ſubſtringe loquaci
Importunus amat laudari donec ohe iam
Ad cælum manibus ſublatis dixerit. vrge:
Creſcentem tumidis infla ſermonibus vtrem
Cum te ſeruitio longo curaq; leuarit.
Et certum vigilans: quartæ ſit p̄tis vlyxes
Audieris. hæres ergo nunc clama ſodalis
Nuſq̄ eſt: vnde mihi tam fortē tanquā fidelem
Sperge ſubinde: et ſi paulum potes illachrymare
Gaudia prodentem vultū. celare ſepulchrum
Permiſſum arbitrio ſine ſordidus extrue: funus
Negregie factum laudet vicinia: ſiquis
Fore cohæredū ſenior male tuſſiet: huic tu
Dic: ex parte tua ſeu fundi ſiue domus ſit
Emptor: gaudentē nūmo te addicere: ſed me
Imperioſa trahit proſerpina. viue. valeq;

Satyra ſexta de vita ruſtica.

Oc erat in votis: modus agri non ita magnꝰ
Hortus vbi: et tecto vicinus iugis atqꝫ fons
Et paulum ſiluæ ſuper his foret auctius atqꝫ
Dii melius fecere. bene eſt. nihil amplius oro
Maia nate: niſi vt ꝓpria hæc mihi munera faxis
Si neqꝫ maiorem feci ratione mala rẽ
Nec ſum facturus vitio culpa ve minorem.
Si veneror ſtultus nihil horũ: o ſi angulus iſte
Proximus accedat. qui nunc denormat agellum
O ſi vrnam argenti ſors que mihi monſtret. vt illi
Theſauro inuento qui mercenarius agrum oro
Illum ipſum mercatus arauit. diues amico
Hercules. ſiquid adeſt: gratum iuuat hac prece te
Pingue pecus domino facias: et cætera præter
Ingeniũ vtqꝫ ſoles cuſtos mihi maximus adſis
Ergo vbi me in montes et in arces ex vrbe remoui
Quid prius illuſtrem ſatyris muſaqꝫ pedeſtri?
Nec mala me ambitio perdit: nec plũbeus auſter
Auctũnuſqꝫ grauis libitinæ quæſtus acerbæ

Matutine pater ſeu iane libentius audis:

Unde homines operū primos vitæq; labores

Inſtituunt ſic diis placitū: tu carminis eſto

Principium: romæ ſponſorē me rapis./ eia

Ne prior officio quiſq; reſpondeat: vrge:

Siue aquilo radit terras: ſeu bruma niualem

Interiore diē gyro trahitur ire neceſſe eſt

Poſtmodoq; mi obſit clare certuꝫq; locuto

Luctandum in turba: et facienda iniuria tardis

Quid tibi vis inſane et quas res improbus./ vrget

Iratis precibus: tu pulſes omne: quod obſtat

Ad mœcenatē memori ſi mente reccurras:

Hoc iuuat: et melli eſt: non mentiar: ac ſimul atras

Uentum eſt eſquilias aliena negocia centum

Per caput et circa ſaliunt latus: ante ſecundā

Roſius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras

De re comuni ſcribæ magna atq; nouatæ

Orabant hodie meminiſſes quinte reuerti.

Imprimat his cura mœcenas ſigna tabellis:

Dixeris experſar: ſi vis potes addit: et inſtat

Septimus octauo proprior iam ſugerit annus
Ex quo mœcenas me cœpit habere duorum
In numero: duntaxat ad hoc: quẽ tollere redapar
Uellet iter faciens: et cui cõcredere nugas
Hoc genus: hora quota eſt? trax eſt: gallina ſyro
Matutina parum cautos iam frigora mordent
Et quæ rimoſa bene deponuntur in auræ
Per totum hoc tempus ſubiectior in diẽ et horam
Inuidiæ noſter ludos ſpectauerat vnam
Luſerat in campo: fortunæ filius omnes:
Frigidus a roſtris manat per cõpita rumor
Quicũqꝫ obuius eſt: me cõſulit: o bone: nam te
Scire deos quoniam proprius cõtigis: oportet
Nunquid de dacis audiſti? nil equidẽ: vt tu
Semper eris deriſor ad oẽs: dii exagitent me?
Si quicq̃: quid militibus promiſſa triquetra
Prædia ceſar an eſt itala tellure daturus
Iurantem me ſcire nihil: mirantur et vnum
Scilicet ægregii mortalem altiqꝫ ſilenti.
Perditur hæc inter miſero lux: non ſine votis

Orus quandoqꝫ ego te aſpiciam? quandoqꝫ licebit?
Nunc veterum libris: nunc ſõno et inertibus horis
Ducere ſollicitæ iocunda obliuia vitæ
O quando faba pytagoræ cognata ſimulqꝫ
Uncta ſatis pingui ponentur holuſcula lardo
O noctes cænæqꝫ deum: quibus ipſe meiqꝫ
Ante larem proprium veſcor: vernaſqꝫ procaces
Paſco libatis dapibus prout cuiqꝫ libido eſt
Siccat inequalis calices. cõuiua ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula: ſeu modicis humeſcit lætius ergo
Sermo oritur: non de domibus villis ve alienis
Nũ male nec ne lepoſſaltet ſꝫ qꝙ magis ad nos
Pertinet: et neſcire malũ eſt agitamus vtrum ne
Diuitiis homines an ſint virtute beati?
Quid ve ad amicitias vſus: rectum ne trahat nos
Et quæ ſit natura boni: ſummumqꝫ quid eius
Cerrius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas: nam ſiquis laudat arelli
Sollicitas ignarus opes: ſic incipit olim

Ruſticus vrbanum murem mus paupere fertur
Accipiſſe cano: veterem vetus hoſpes amicum
Aſper et intentus quæſitis: vt tamen arctum
Solueret hoſpitiis animū: quid multa? neqꝫ ille
Sepoſiti ciceris nec longe inuidit auenæ
Aridum et ore ferens acinum ſemeſſaqꝫ lardi
Fruſta dedit: cupiens varia faſtidia cæna
Vincere tangentis male ſingula dente ſuperbo
Cum pater ipſe domus palea porrectus in orna
Eſſet ador loliumqꝫ dapis meliora relinquens
Tandem vrbanus ad hunc: quid te iuuat inq̃t amice
Prærupti nemoris patientē viuere dorſo?
Vis tu homines vrbemqꝫ feris præponere ſiluis
Carpe viam mihi crede comes: terreſtria quādo
Mortales animas viuunt ſortita: neqꝫ vlla eſt
Aut magno aut paruo læti fuga: quo bene circa
Dum licet in rebus iucundus viue beatus
Viue memor: ꝙ ſis æui breuis hec vbi dicta
Agreſtem pepulere: domo leuis exilit: inde
Ambo propoſitum peragunt iter: vrbis auentes

Mænia nocturni ſubrepere: iamqꝫ tenebat
Mox medium cæli ſpatium: cū ponit vterqꝫ
In locuplete domo veſtigia rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos
Multaqꝫ de magna ſupereſſent fercula cæna
Quæ procul extructis inerant externa caniſtris
Ergo vbi purpurea porrectū in veſte locauit
Agreſtem. veluti ſuccintus curſitat hoſpes
Continuatqꝫ dapes: necnon vernaliter ipſis
Fungitur officiis prælabens omne quod affert
Ille cubans gaudet mutata ſorte: boniſqꝫ
Rebus agit lætum conuiuā cum ſubito ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrumqꝫ
Currere per totum pauidi conclaue magiſqꝫ
Exanniens trepidare: ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus tū ruſticus haud mihi vita
Eſt opus hac ait et valeas: me ſilua cauuſqꝫ
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur heruo

Satyra ſeptima

i Am dudum aſculto: et cupiēs tibi dicerē ſu'

Pauca reformido: dauus neꝫ ita dauus amicum
Mancipium dño: et frugi: quod ſit ſatis: hoc eſt
Ut vitale putes: age libertate decembri
Quanto ita maiores voluerunt: vtere: narra
Pars hominũ vitiis gaudet conſtanter: et vrget
Propoſitũ pars multa natat: modo recta capeſcẽs
Interdum prauis obnoxia. ſæpe notatus:
Cum tribus anellis modo leua priſcus inani
Uixit inequalis: clauum vt mutaret in horas
Aedibus ex magnis ſubito ſe conderet: vnde
Mundior exiret vix libertinus honeſte:
Iam mechus romæ: iam mallet doctus athenis
Uiuere vertũnus quotquot ſunt natus iniquis
Scurra volanerius. poſq̃ illi iuſta chiragra
Contudit articulos: qui pro ſe tolleret: atꝫ
Mitteret in pirgum talos mercede diurna
Conductum pauit: quanto conſtantior idem
In vitiis: tanto leuius miſer: acrior ille:
Qui iam contẽpto. iam laxo fune laborat
Non dices hodie quorſum hæc tam putida tendant

Furcifer ? ad te inquã: quo pacto peſſime laudas
Fortunam et mores antique plebis et idem:
Si quis ad illa deus ſubito te agat: vſq; recuſes
Aut quia non ſentis: quod clamas rectius eſſe
Aut quia non firmus rectũ defendis: et hæres
Ne quicq̃ cæno cupiens euellere plantam
Romæ rus optas: abſentem ruſticus vrbem
Tollis ad aſtra leuis: ſi nuſq̃ es forte vocatus
Ad cœnam: laudas ſecurum bolus: ac velut vſq;
Uictus eas: ita te felicem dicis amaſq;
Quod nuſq̃ tibi ſit: potandum: iuſſerit ad ſe
Mœcenas ſerum ſub lumina prima venire
Conuiuã. nemon oleum feret otius ? hæc quis
Audit cum magno blateras clamore ? fugiſq;
Miluius et ſcurræ tibi non ræterenda præcati
Diſcedunt: etenim fatcor me dixerit ille
Duci ventre leuem: naſum nidore ſupinor:
Imbecilius. iners: ſiquid vis adde popino
Tu cum ſis: quod ego et fortaſſis nequior: vltro
Inſectere velut melior ? verbiſq; decoris

Obuoluas vitium: quid ſi me ſtultior ipſo
Quingentis empto drachmis deprehēderis? aufer
Me vultu terrere: manum ſtomachumqꝫ teneto:
Dum quæ cryſippi docuit me ianitor: edo:
Te coniunx aliena capit: meretricula dauum
Peccat vter noſtrū cruce dignius: acris vbi me
Natura incendit: ſub clara nuda lucerna
Quæcūqꝫ accepit turgentis verbera caudæ
Clumbus: aut agitauit equū laſciua ſupinum
Dimittit neqꝫ famoſum: neqꝫ ſollicitum. ne
Ditior aut formæ melioris meiat eodem.
Tu cum proiectis inſignibus anulo equæſtri
Romanoqꝫ habitu prodis ex iudice dama
Turpis odoratum caput obſcurante lacerna:
Non es: quod ſimulas: metuens induceris: atqꝫ
Altercante libidinibus tremis oſſa pauore:
Quid referturi virgis: ſerroqꝫ neccari
Auctoratus eas: an turpi clauſus in arca.
Quo te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum genibus tangas caput? eſt ne marito

Matronæ peccantis in ambos iuſta poteſtas
In corruptorem vel iuſtior illa tamen ſe
Non habitu mutatve loco. peccat ve ſuperne.
Cum te formidet mulier: neqꝫ credit amanti
Ibis ſub furca prudens: dominoqꝫ furenti
Cōmittes rem oēm: et vitā: et cum corpore famā
Euaſti: credo metues: doctuſqꝫ cauebis:
Quæres quando iterum paueas iterūqꝫ perire
Poſſis o totiens. ſeruuſqꝫ bellua ruptis
Cum ſemel effugit: reddit ſe parua cathenis:
Non ſum mechus ais: neqꝫ ego hercule ſur vbi vaſa
Prætereo ſapiens argentea tolle periclum
In vaga proſeliet frenis natura remotis
Tune mihi dominus: rerum imperiis hominumqꝫ
Tot tantiſqꝫ minor: quē, ter vindicta quaterqꝫ
Impoſita haud vnq̄ miſera formidine priuet
Adde ſupradictis: quod non leuius valeat: nam
Siue vicarius eſt: qui ſermo patet vti mos
Veſter ait: ſeu conſeruus tibi quid ſum ego nēpe
Tu mihi qui imperitas aliis ſeruus miſer atqꝫ

Duceris vt neruis alienis mobile lignum

Quis nam igitur liber ſapiens ſibi qui imperioſus

Quē neqꝫ pauperies neqꝫ mors neqꝫ vincula terrēt

Reſponſare cupidinibus contēnere honores

Fortis et in ſe ipſo totus teres atqꝫ rotundus

Externi nequid valeat per leue morari

In quem manca ruit ſemper fortuna potes ne

Ex his vt proprium quid noſcere quinqꝫ talenta

Poſcit te mulier vexat foribuſqꝫ repulſum

Perfundit gelida. rurſus vocat eripe turpi

Colla iugo liber liber ſum dic age non quis

Urget enim dominus mentē non lenis et acris

Subiectat laſſo ſtimulos. verſatqꝫ negantē

Uel cum pauſiaca torpes inſane tabella

Qui peccas minus atqꝫ ego cum fului rutubæqꝫ

Aut placide iani contento poplite miror

Prælia rubrica picta aut carbone. velut ſi

Reuera pugnent feriant vitēqꝫ mouentes

Arma viri: nequā et ceſſator dauus at ipſe

Subtilis veterum iudex et callidus audis

Nil ego ſi ducor libo fumante tibi ingens
Uirtus atq; animus cenis reſponſat opimis
Obſequium ventris mihi pernitioſus eſt cur
Tergo plector enim qui tu impunitior illa
Quæ paruo ſummi nequerũt obſonia captas
Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ
Illuſiq; pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus an hic peccat ſub noctẽ qui puer vuam
Furtiua mutat ſtrigili qui prædia vendit
Nil ſeruile gulæ parens habet. adde quod idem
Non horam tecum eſſe potes: non otia recte
Ponere: teq; ipſum vitas fugitiuus vt erro:
Iam vino quærens iam ſomno fallere curam:
Fruſtra nam comes atra premit ſequiturq; fugacez
Unde mihi lapidẽ: quorſum eſt opus vnde ſagittas
Aut inſanit homo. aut verſus facit: otius hinc te
Ni rapis: accedes opera agro nona ſabino.

Satyra octaua de cæna naſidieni

v T naſidieni iuuit te cæna beati.

Nam mihi querenti cõuiuã dictus here illic

De medio potare dic: ſic vt mihi nunq̄
In vita fuerit melius: dic ſi graue non eſt?
Quæ prima iratum ventrem placuerit eſca?
In primis lucanus aper: leni fuit auſtro
Captus: vt aiebat cæne pater: acria circum
Rapula: lactucæ: radices: qualia laſſum
Peruellũt ſtomachũ: ſiſer: alec. ſæcula coa
His vbi ſublatis puer alte cinctus acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit: et alter
Sublegit quodcunꝙ iaceret inutile: quodꝙ
Poſſet cænantis offendere: vt attica virgo
Cum ſacris cereris: procedit fuſcus hidapſes
Cæcuba vina ferens: alcon chium maris expers
Hic herus albanum mæcenas ſiue falernum
Te magis appoſitis delectat? habemus vtrunꝙ
Diuitias miſeras: ſed quis cænantibus vna
Fundani pulchre fuerit tibi noſſe laboro
Sũmus ego: et ꝓpe me viſcus thurinus et infra
Si memini varus: cum ſeruilio balatrone
Vibidius: quos mæcenas adduxerat vmbras

Nomentanus erat ſuper ipſum portius infra
Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas
Nomentanus ad hoc: qui: ſiquid forte lateret
Indice monſtraret digito: nam cætera turba
Nos inquã cœnamus aues: conchilia piſces
Longe diſſimilem not o cellantia ſucum
Ut vel continuo patuit cum paſceris. átq͡ȝ
Inguſtata mihi porrexerit ilia rombi
Poſt hæc me docuit mel imella rubete minorem
Ad lunam delecta: quid hoc interſit: ab ipſo
Audieris melius: tum vidibius balatroni.
Nos niſi dãnoſe bibimus: moriemur inulti:
Et calices poſcit maiores vertere pallor:
Tum parochi faciẽ nil ſic metuentis: vt acres
Potores: vel quod maledicũt liberius: vel quod
Feruida quod ſubtile exurdant vina palatum:
Inuertunt aliphanis vinaria tota
Uibidius balatroq͡ȝ: ſecutis omnibus imis.
Conuiuæ lecti nihilũ nocuere lagænis
Affertur ſquillas inter murena natantes

In patiā porrecta: ſub hoc herus hæc grauida inq̄t
Capta eſt: deterior poſt partu carne futura
His mixtum ius eſt oleo: quod prima venafri
Preſſit cela garro de ſuccis piſcis hiberū:
Vino quinquenni verum citra mare nato.
Dum coquitur cocto chiū ſic conuenit vt non
Hoc magis vllum aliud pipere albo non ſine aceto
Quod mythimneā vitio mutauerit vnam
Erucas virides: inulas ego primus amaras
Monſtrauit inquoquere illutos cotillus echinnos
Ut melius muria: quod teſta marina remittat
Interea ſuſpenſa graues aulea ruinas
In patinam facere trahentia pulueris atri
Quantū non aquilo campanis excitat agris
Nos maius veriti poſtq̄ nihil eſſe pericli
Senſimus erigimur rufus poſito capite: vt ſi
Filius immaturus obiſſet flere quis eſſet
Finis: ni ſapiens ſic nomentenus amicum
Tolleret. heu fortuna: quis eſt crudelior in nos
Te deus: vt ſemper gaudes illudere rebus

Humanis varius mappa cõpeſcere riſum
Uix poterat balatro ſuſpendens omnia naſo
Hæc eſt conditio viuendi aiebat: eoqꝫ
Reſponſura tuo nũq̃ eſt par fama labori:
Tene: vt ego accipiar laute torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum. ne panis aduſtus
Ne male conditũ ius apponatur: vt omnes
Pertincti recte pueri cõptiqꝫ miniſtrent:
Adde hos præterea caſus: aulea ruant ſi
Ut modo. ſi patinã pede lapſus frangat agaſo.
Sed conuiuatoris vti ducis ingenium res
Aduerſæ nudare ſolent: celare ſecundæ
Naſidienus ad hæc: tibi. dii quæcũqꝫ precaris
Cõmoda dẽt. ita vir bonus es cõuiuaqꝫ cõmunis
Et ſoleas poſcit. tum in lecto quocũqꝫ videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurres.
Nullos his malem ludos ſpectaſſe: ſed illa
Reddere age: quæ deinceps riſiſti: vibidius dum
Quærit de pueris. num ſit quoqꝫ fracta lagœna
Quod ſibi poſcenti non dẽtur pocula: dumqꝫ

Ridētur fictis rerū balatrone: ſecundo
Naſidiene redis mutatæ frontis vt arte
Emendaturus fortunam: deinde ſecuti
Mazonomo pueri magno diſcrepta ferentes
Membra gruis ſparſi ſale multo: non ſine farre
Pinguibus et ficis paſtū iecur anſeris albi.
Et leporū auulſos vt multo ſuauius armos
Quam ſi cum lumbis quis edit: tū pectore aduſto
Uidimus et merulas poni. et ſine clune palumbes
Suauis res: ſi non cauſas narraret earum et
Naturas dominus: quē nos ſic fugimus vltis:
Ut nihil omnino guſtaremus: velut illis
Canidia aflaſſet peior ſerpentibus aphris.

EXPLICIT QUINTI HORATII.

Impreſſum pariſius per Guydonem mercatorē in domo campi gaillardi. āno i492. die 23. menſis Junii.

Finis